
DE MARTYRIO DVCENTORVM MONACHORVM S. PETRI A CARDEGNA

Ordinis S. Benedicti Hiſpaniarum Burgenſis diœceſis.

COMMENTARIVS

F. ALFONSI CIACONIS BIACENSIS, DOCT. THEOLOGI ORDINIS PRAED.





ROMÆ, Typis Bartholomæi Bonfadini. 1594.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
D. D.

M. ANTONIO A COLONA S. R. E. EPISCOPO CARD. PRAENESTINO



F. ALFONSVS CIACON S.



ENERANDI *patres & fratres, Gaspar à Medina, & Joannes à Pedrosa, Procuratores generales in hac Romana curia totius ordinis monastici S. Patris Benedicti, per Hispanias constituti, iniunxerunt mihi aliquem commentariolum scriberem,*

de veritate & certitudine martyrij du-centorum Monachorum, qui in cœnobio S. Petri à Cardegna gladijs Agarenorum pro Christi fide, olim occubuerunt. Ego vt illis in re tanta pietatis morem gererem, quibus ob probitatem, religionem, doctrinam, & ceteras virtutes omnes, multum defero, tanto libentius cum laborem suscepi quanto illorum maioribus studijs & beneficijs prouocabar. Præstiti iuxta imbecillitatem mei ingenij, quod pollicitus; & pro virili mea satisfaciendum curaui, si non vt volui, saltem vt potui. Cùm autem hæc causa in congregatione sacrorum rituum hodie vertatur, & patrocinium & tutelam exigat: non aliam atque tuam, humanissime PRINCEPS *implorandam isti patres censuerunt. Quod exploratam habeãt, tuam singularem pietatem, doctrinam, & in rebus agendis pruden-*

tiam

tiam dexteritatem, & demum benignitatem imcomparabilem. Tibi non vnum aut alterum, sed ducentos sanctos Martyres commendamus: tu illorum protectionem assume, vt illi suscipiant tuam. Tu in terris solum, illi in terris simul & cælis suffragabuntur, & officijs tuis, maiora & potiora beneficia refundent. Nequeunt esse ingrati qui cælestia domicilia inhabitant, vt solent ceteri mortales, sed memores obsequia erga eos præstita rependi precantur, & obtinent. Causa est honestissima, sanctitatem illorum tueri, qui se Deo gratissimas victimas sanguine effusso obtulerunt. & palmas martyrij adepti, æternis in sublimi coronis potiuntnr. Ad te ò generosissime PRINCEPS, hæc potissimum causa spectat, quod Abbas sis S. Patris Benedicti, illius gregem protegere, & familiæ suæ consulere, & re & verbo eos

omnes iuuare. Inter tot pietatis & misericordiæ opera, quæ te Vrbi, & orbi vnice commendant, supremum locum tenebit, ducentos amicos Martyres lucrari, qui te tuaque perpetuo curent. Alis pauperes, vestis nudos, subuenis ægentibus, medicum, & medicinas largiris ægrotis, tanto sumptu, vt vix fiat credibile posse tuis facultatibus sustentari, nisi Deus aliunde opes sufficiat. Centum septuaginta scuta medicamentorum ex tuo myropolio intra annum, se gratis suscepisse fatentur fratres sancti Adriani. Quid in alios innumerabiles pauperes erogatum? Quid referam mirabile liberalitatis & misericordiæ exemplum, quod erga me in summis angustijs constitutum præstitisti. Dederam me vadem pro quodam. Decoxit, satellitium in libros meos inuolat. Rescisti, inuitas ad prandium. Iubes me bono animo

esse

esse, Supellectilem cum tibi pecuniæ deessent Iudæis oppignoras: eodemque die summam quatercentorum & quadraginta scutorum creditoribus vocatis pro me exsoluis. Admiratio cunctis subijt qui ingenuum hoc facinus resciuerunt, & mihi naufraganti sidus adeo faustum eluxisse. Verum hæc misericordiæ opera, tam tibi sunt innata. quam igni excalfacere. Cunctis miserabilibus ædes tuæ apertæ. Nullus ad te confugit, quin aliquod solatium suis ærumnis non tulerit. Ecce adstant ducenti Martyres, ad fores palatij tui pulsant, fac vt illis pateant. Non opes, non pecunias quærunt, sed patrocinium suæ iustitiæ: nos itidem idem precamur. Faue igitur, & Vale decus & singulare totius Collegij Apostolici ornamentum. Romæ Kal. Aprilis Anno M C XCIIII.

DE DVCENTIS MARTYRIBVS MONACHIS,

In Cœnobio Hispaniæ S. Petri à Cardegna. Cap. I.




ON vnius, vel alterius, non triginta, aut quadraginta: ſed ducentorum martyrũ hiſtoriam conſcribendam ſuſcepimus: quos è ſui ampliſſimo theſauro S. Pater Benedictus effudit: & Cœnobium S. Petri a Cardegna velut mater pio lacte nutriuit, vt ſuo tempore auderent, intrepide certamen cum hoſtibus fidei ſubire, & proprio ſanguine, indumenta purpurea reddere: & palmam triumphantes accipere. Sed

ne ex

ne ex abrupto, videamur progredi: & rem tanti momenti, non à ſuis numeris & gradibus ordiamur, cõſultius erit, altius quædam repetere, per quos inquam, quove tempore fuerit in Hiſpania religio Chriſtiana cœpta, & poſtmodum propagata, Quas illi Tyranni perſequutiones intulerint, & qualis, quę tot Martyres ſimul, vna dies, & locus exceperit: ita enim dicendis lumen inferemus, & recto tramite ductæ ſuauis fluent aquæ.

De primis Christianæ religionis fundamentis in Hiſpania iactis. Cap. II.

S.Iſid. lib. de vita & martyr. SS.c.73. & 83.Bed.in collect. to.3. Vſuardus in Martyrolog. Leo 3.PP. in epiſt.de trãslat. corporis B.Iac.Apoſt.



RIMA Chriſtianæ religionis fundamenta, Iacobus Apoſtolus Chriſti, Ioannes Euangeliſtæ major natu frater, in Hiſpania iecit.

iecit. Qui è Syria longa in Hesperiam nauigatione suscepta, ad Calletiam appulit, atque ibi Euangeliū prædicauit: vbi disciplinæ Christi plures subiecit, quorum partem erudiendæ plebi, & confirmandæ reliquit, partem in Syriam remeās secum detulit. Sub initium Principatus Claudij ab Herode Agrippa Rege comprehensus, Hierosolymis in gratiam Iudæorum qui hostiliter Euangelium Christi persequebantur, capite truncatus fuit anno salutis quadragesimo secūdo & ita palmā martyrij primus Apostolorum assequutus est. Corpus eius à Discipulis arreptum, & ad oram maritimam asportatum, cymbaq. impositum, Deo inspirante, ac dirigente, Mediterraneum mare, prætergressi & Herculei freti angustijs superatis, vastissimos Oceani fluctus miraculo quodam emensi; ad

Greg. 7. PP. in ep. ad Alfons. & Sanctium Hisp. Reges.
Calist. 2. PP. in lib. de mirac. & transl. B. Iacob.
Vinc. Belu. in speculo hist. lib. 8. c. 6. 7.
Calist. 3. PP. in bulla anni 1456. in qua refert miraculos. fundationem S. Maria de Pilar a B. Iac. Apost. Cęsar Aug.
S. Antonin. par. hist. tit. 6. c. 7.

ad Calletiam appullere, ibiq. cælestem thesaurum condidere: honorem patriæ non solum tanto munere augentes, sed in futura secula, eius patrocinium peculiare, eo pignore conciliantes. Qui enim Euangelium viuens in ea Prouincia prædicarat, in cælos elatus, obsidem suum corpus dedit, numquam suum subsidium afflictis Hispanis defuturum: sicut, & præstitit. In acerrimis namq. prælijs & dubijs quibusque congressibus fideliũ aduersus infideles, inuocatus adfuit, Eques & vexillifer visus acies armatus antecedere,& victorias insignes suo ductu comparasse. Neque solum intra Hispaniam, sed extra in vtraque India suos numquam deseruit, sed simili modo pro eis conflixit, cæde hostium innumera facta.

Post Iacobum Paulus Apostolus, vt promiserat Hispaniam venit, & Euan-

Euangelium annunciauit. Quod multis testimonijs veterũ Patrum, Græcorum, & Latinorum irrefragabilibus constat, multisq. historijs & traditionibus confirmatur: Quas longum esset recensere, & alienum nobis, quibus animus est, non hæc ex professo tractare, sed perfunctorie dumtaxat attingere; Ruffum Dertusensem Episcopum Paulus ordinauit: Deinde Petrus Apostolorum Princeps, Hispaniam inuisit, suaq. præsentia, & prædicatione honorauit: demum ex Hispania in Britanniam nauigauit, Epeneto discipulo suo in Syrmio Episcopo relicto. Quod & Simeon Metaphrastes testatur.

S. Doroth. in Synopsi. S. Hier. in c. 5. in Amos, & in c. 11. Esai. S. Io. Chrys. in c. 24. Matth. hom. 71. & in 4. c. prioris ad Cor. homil. 13. S. Greg. lib. 31. Moral. c. 37. Theophilac. Oecumenius

Simeon Metaphr. in vit. S. Petri.

Dionysius item Areopagita ex Athenis Philippum in Hispaniã misit, quo Euangelium illic prædicaret, vt sanctus Clemens Papa testatur. Ab eodem Dionysio Eugenius

S. Clemens Moral. lib. 9. c. 13.

illuc

Vſuardus, Ado, & Baronius die 15. Nouemb.

illuc deſtinatus, vt ſimile munus obiret, qui Toletanus Epiſcopus factus, multum nouam Eccleſiam confirmauit.

Perſecutione Neronis in Chriſtianos ſæuiente confeſtim Romam Petrus & Paulus accurrunt, vt afflictam Eccleſiam ſolarentur, & reliquos confirmarent, qui tantæ fuerant cladi ſuperſtites: & Simoni reſiſterent mago, malis artibus fidelium mentes auertenti. Non tamen Eccleſiæ obliti Hiſpaniæ ad quam ſeptem Epiſcopos ordinatos miſerunt, qui Chriſti religionem tuerentur, & propagarent, Torquatum inquam, & Indalecium, Euphraſium, Cæcilium, Secundum Cteſiphontem, & Heſichyum, qui diuerſis Vrbibus præfecti, prædicationem Euangelij dilatarunt, quos antiquæ traditiones, & ſcripta veterum docent, & Eccleſiæ quibus præfuere

Bed. Vſuard. Ado, Baron. Breuiar. Tolet. Greg. 7. PP. ad Adelfonſ. Reg. Maurol & Petr. Galeſin. 15. Maij. Moral. lib. 9. c. 3.

illo-

illorum memoriam celebrant. Per hos & plerosque alios religio cæpit Christiana in Hispania prædicari, & in maximam, frugum vbertatem excrescere. Nec defuerunt per singula tempora, qui hoc sanctū opus promouerent. Sed quale & quam immanes persequutiones Ecclesiæ per singula tempora Tyranni intulerunt a Dæmone exagitati, qui ægerrimè ferebant hanc structuram assurgere, deinceps, dicamus.

De prima persecutione Neroniana aduersus Ecclesiam Hispanicam. Cap. III.

PRIMVS Imperatorū Nero persequutionē in Christianos commouit acerbissimam, quod Vrbem a se incensam in Christianos retorsit, & furorem populi cōtra eos impla-


placabilem excitauit: magnaq. ob id multitudine extincti. Pereuntibus addita ludibria vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrerent, Cornelio Tacito decimum quintũ Annalium auctore. Verum hæc sæuitia, non solum in Christianos, sed & in Iudæos etiam peruagata est, quod vtrique nomine Christianorum censerentur. Christiani igitur multi hoc tumultu multo plures Iudæi perempti. Imitatione igitur Vrbis Romæ, & vt Tyranno more gerere viderentur, in Hispania similis tempestas incubuit, quæ furente populo, & tumultuaria seditione, Christianos vna cum Iudæis plurimos abstulit. Sed quia confusa cædes, & ignota nomina, in tanta multitudine martyria piorum hominum

Corn. Tacit. 15. Annal.

minum latuerunt, cum Innocentes non pauci, ob piam causam, quod Christiani essent, & constanter necem subirent, Martyrij vtique palmam & Romæ, & in Hispania adepti fuere. Extabat in Hispania basis marmorea, cui statua super posita Neroni dicata cum hac inscriptione.

Quę ex Cyril. Anconit. ambr. moral. mutuatus est lib. 9. c. 16.






NERONI.CLAVDIO
CAESARI. AVG.
PONT. MAX. OB
PROVINCIAM LA-
TRONIBVS ET HIS
QVI NOVAM GE
NERI HVMANO
SVPERSTITIO
NEM INCVLCA
BANT PVR
GATAM.

De


De persecutione secunda in Ecclesiam Hispanicam. Cap. IIII.

Ecundus Imperatorum persequutionem mouit in Ecclesiam Hispanicam Traianus, & ipse Hispanicus, quæ licet alibi intensior, in Hispania tamen remissior fuit, vt pote in qua non nisi vnum Martyrem necem subijsse memoria extet, is fuit sanctus Mancius qui Christi discipulus, & vnus creditur septuagintaduo signanter extitisse. Eboræ in Lusitania passus.

Breuiarium Burgense. Breuiarium Eborense. Andreas Resendius in historia Eboræ. Vasæus in chronicis anno 100. Molanus & Baronius 13. Maij.

De S. Laurenti martyrio. Beda in martyrologio. Ado, Prudentius in hymno. S. Ambr. officiorum lib. 1 cap. 4. August. in Ioannem tract. 27. serm. 3. de sanctis. S. Leo Papæ serm. 1. S. Cypria. in epist. 82. ad Successum

De persequutione tertia, in Ecclesiam Hispanicam. Cap. V.



Ertiam persequutionem mouit Valerianus Imperator, in qua S. Laurentius Oscensis Hispanus Sixti Secundi Papæ Diaconus Cardinalis, & S. R. E. Camerarius, constantissimus Martyr igne exustus agonem consumauit, quarto Idus Augusti, Anno Christi ducentesimo quinquagesimonono.

De fructuoso Augurio & Eulogio, Beda, Vsuardus Ado, Prudēt. in hymno 4. Peristephanos quorum die natali S. Aug. in sermonē ad populum 101. habuit.

Antea autem sub Galieno & Valeriano Imperatoribus Tarraconæ Martyrium passi Fructuosus Episcopus Tarraconensis, Augurius, & Eulogius eius Diaconi, intra ignem suffocati 12. Kalend. Februarij anno eodem 259.

De

De quarta persequutione in Ecclesiam Hispanicam excitata. Cap. VI.



ETERRIMAM & crudelissimam omnium aduersus Ecclesiam Hispanicam persequutionẽ tentarunt Diocletianus & Maximinianus, & post ipsos Galerius religionem Christianam penitus abolere per totum Imperiũ cupientes. Sub qua multi martyrio affecti, sæuissima, & immania tormenta perferentes.

S. Cucuphates Barchinonæ, octauo Kalendas Augusti, Felix eius frater germanus, Gerũdæ octo dies post, Kalendis inquam Augusti, capitis abscissione post multa tormenta martyrium consummauere anno 305. Bed. Vsuard. Ado, Prud. hym. 4. Baron. in Martyrol.

S. Eulalia virgo Barchinonensis

Bed. Vsuard. Ado, Baron. S. Isid. in Breuiar. Tolet. S. Eulog. in memor. SS. lib. 1.

quatuordecim annorũ capite truncata, martyrij palmam constantissime adepta, pridie Idus Februarij an. 306. Nix è cælo delapsa, corpus eius occuluit, paganos latuit, Christianis vt sepelirẽt, ipsa se prodidit.

Vasę in chronic. Laur. a Padiglia, Baronius.

S. Seuerus Episcopus Barchinonensis, cum quatuor eius clericis, & Emiterio, necem pro Christo subiere, post multa namque tormenta adhibita Seuerus clauo cerebrũ transfixus, alij quinque capitis abscissione, suum agonem consummauere VIII. Idus Nouembris anno 305.

Prud. in sacr. hymn. Peristeph. Baron. in Martyrol.

S. Encratis, Engratia vulgo dicta, Virgo Cæsaraugustana cum alijs decem & octo martyrium passa, pridie Nonas Maij, anno 306. illorum nomina, Lupertius, Optatus, Successus, Martialis, Vrbanus, Iulius, Quintilianus, Publius, Fronto, Felix, Cæcilianus, Euanthus,

Pri-

Primitiuus, Apodemis, Matutinus, Caſſianus, Fauſtus, & Ianuarius.

Cæſarauguſtæ innumerabiles Martyres, XVII. mille à quibuſdã referuntur, trucidati ſimul, cum ab Vrbe iuberentur libere excedere. Hos pagani ex inſidijs adorti, ad vnum interemere. Corpora eorum cum cadaueribus ſceleratorum hominum permiſtim exuſta, ne à Chriſtianis collecta, veneratione haberentur. Verum diuinitus cineres Sanctorum Martyrum in maſſas & globos ſeparatim ſe compreſſerunt qui à Chriſtianis collecti, & repoſiti in Templo S. Encratis an. 306. fuere. Hinc Templum ſanctarum maſſarum etiam dictum.

Vſuar. Prud. Periſtephan. hym. 4. Iſid. lib. 5. Orig. Bar. in Mart. Moral. lib. 10 chron. c. 6.

Cæſarauguſtæ S. Lãbertus Martyr, à patrono occiſus, quod Chriſti fidem conſtantiſſime profiteretur nec ab ea vllis, vel blandicijs, vel terroribus auelli poſſet, à loco quo

Vaſæus in chron. Hiſp. ann. 306. Baron. in Mart. Moral. lib. 10 c. 6.

caput illi fuerat abſciſſum vſque ad ſepulchrum detulit, canens illud, Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis.

Bed, Ado, Vſuar Baron. Sim. Metaphraſt. Prud. hym. 4. & 5. Periſteph. S. Leo PP. S. Bernard. Mor. lib. 10. cap. 8.

S. Vincentius Cæſarauguſtanus, Valerij Epiſcopi Cęſarauguſtę Diaconus, Valentiam perductus, ibi diuerſis tormentis & exquiſitiſſimis à Daciano occiſus XI. Kalendas Ianuarij anno 307. cõſtantiſſimus martyr.

Bed. Vſ. Ado Baron. Prud. hym. 4. Periſteph. S. Eulogij lib. 1. c. 5. Memor. SS. 5 Moral. lib. 10 cap. 9.

SS. Iuſtus & Paſtor, Germani fratres, complutenſes; alter nouem, alter ſeptem annorum ætatis, martyrium conſtantiſſime ſubierũt ſub Daciano Præſide anno 307. VIII. Idus Auguſti: eorum corpora ab Oſca complutum patriam tranſlata anno M. D. LXVIII.

De S. Eulalia. Bed. Vſuar. Ado. Baron. Prud. in hy. 4. Periſt.

S. Eulalia Virgo Emeritẽſis poſt multa & immania tormenta ſuperata, in fornacem ignis ardentis coniecta inexuſta ſpiritum reddidit

dit anno Domini trecenteſimo ſeptimo.

Venãt. Fort. lib. 7. carm. Moral. lib. 10 cap. 10.

Iulia eius indiuidua Comes, die ſequenti capite truncata.

Ijdem Auct. vbi ſupra. Idē Moral.

Sanctus Victor, Herentius, & Antinogenes, fratres germani, & milites, Martyrium Emeritæ paſſi. nono Kalendas Auguſti. anno Domini trecenteſimo ſeptimo.

Sur. to. 7. Vaſæus in chrō. Hiſp. an. 950 Molan. Tab. Burg. Eccleſ. Baron. Mor. lib. 10. c. 10.

Sancta Lucretia Virgo, Emeritæ martyrium paſſa. nono Kalendas Decembris eodem anno trecenteſimo ſeptimo.

Vſ. Bar. Vaſ. in chr. Mor. lib. 10. c. 10.

Sancta Leocadia, Virgo Toletana, quinto Idus Decembris anno trecenteſimo ſeptimo. martyrium Toleti paſſa.

Bed. Vſ. Ado Bar. Vaſ. Lauren. Padiglià Marin. Sicul. lib. rer. Hiſp. 7. Mor. lib. 10 cap. 11.

Sanctus Vincentius, & Sabina, atque Chriſteta, eius ſorores, patria Eborenſes, malleis capitibus contuſis, Martyrij palmam adepti Abulæ ſexto Kalendas Nouembris.

Bed. Vſ. Ado Bar. Vaſæ. in chr. Mor. lib 10. c. 10.

San-

Bed. Vſ. Ado Bar. caucoliberum paſsus vulgo Colibre, inter per Pinianum & Helen. Mor. lib. 10. c. 13.

Sanctus Vincentius alter, illiberi Martyrij palmam conſequutus tertio decimo Kalendas Maij. anno Domini trecenteſimo octauo.

Vaſ. in chro. Bar. Mor. lib. 10. c. 12.

Sanctus Vincenrius alter, & Orontius, Ruffinus Diaconus, Aquillina eius mater, & maritus eius Anonimus ac viginti duo alij. tertio Kalendas Februarij, Martyres facti.

Vſ. Bar. Vaſ. in chro. Mor. lib. 10. c. 14.

Sanctus Veriſſimus, Maxima & Iulia eius ſorores, poſt multa dira ſupplicia tolerata capite plexi Martyrium conſummarunt Kalendis Octobris.

Sur. tom. 7. Vaſ. in chro. Hiſp. an. 950 Tabul. Burg. Bar. Mor. lib. 10. c. 14.

Sanctus Victor, adhuc catecumenus, poſt multa tormenta ſuperata, Braccæ in Luſitania, capitis abſciſſione Martyrium conſummauit pridie Idus Aprilis.

Bed. Vſ. Bar. Prud. hym. 4 Sur. tom. 7 S. Eulog. lib. 2.

Sanctus Zoylus, cum 19. alijs Chriſtianis, martyrio affectus, quin-

quinto Kalendas Iulij. c. 6. Vasæ. chr. Mor. lib. 10. c. 15.

Sanctæ duæ Virgines Iusta, & Ruffina Hispalenses sorores gloriosum Martyrum passæ: Iusta quidem fame enecta, & tormentis: Ruffina malleo capite concusso, igni exusta. decimo sexto Kalendas Augusti anno Domini ducentesimo octuagesimo septimo, sub Diocletiani Imperij initio. Bed. Vs. Ado Bar. Io. Maldonad. Mor. lib. 10. c. 16.

Sanctus Carpophorus presbyter & Abundius Diaconus sub Maximiniano, & Diocletiano capite truncati, Hispali Martyrii palmam adepti. quarto idus Decembris eodem anno ducentesimo octuagesimo septimo. Bed. Vs. Ado Bar. Vasę' in chr. ex Breu. Eborensi.

Sanctus Petrus sub eodem tempore Hispali Martyrii palmam adeptus. Vsua. Vas. in chr. ex Breu. Ebor. Baron. Mor. lib. 10. c. 16.

Sanctæ & gloriosæ Virgines Centolla, & Helena post multa tormenta tolerata, in ripis Iberi fluminis Breu. Burges. Bar. Vasæ. in chr, Io. Maldon. Mor. lib. 10. c. 17.

nis capitis abſciſſione martyrium conſtantiſſime obierunt. tertio Nonas Auguſti.

Bar. 22 Maij Moral. lib. 10 c. 18.

Sanctæ duæ Virgines ſorores Liberata, & Quiteria, diuerſis temporibus Martyrio affectæ, Liberata quidem. decimo quinto Kalendas Februarii. Quiteria vero vndecimo Kalendas Iunii.

Bar. in Martyrologio. S. Eulog. in memoria SS. lib. 3. c. 10. Moral. ibid. & lib. 10. hiſ. c. 18.

Sancta Columba Virgo & martyr, Cordubæ Martyrium paſſa pridie Kalendas Ianuarii.

Sanctus Marcellus Legionenſis Centurio ſub Diocletiano & Maximiniano, Martyrium glorioſum, capitis abſciſſione compleuit. duodecimo Kalendas Nouembris, anno Domini ducenteſimo nonageſimo octauo, huius filii duodecim mares & fæminæ, diuerſis temporibus, & Hiſpaniæ locis, Martyrium item ſubierunt.

Sancti Facundus, & Primitiuus fra-

fratres germani filij natu maiores, S. Marcelli Legionensis Centurionis 27. Nouembris in Calletia Martyrij palmam capitis abscissione adepti, in quorum honore cœnobiũ insigne sanctorum Facundi & Primitiui erectum, hodie corrupte pro sancto Facundo, Sahagun dictum.

Vas. & Marinæ' Sicul. histor. Hisp. li. 5. Quib' astipulat. Bar. in Mart. sub diẽ 5. Kal. Dec. Mor. lib. 10. c. 19.

Sancti Claudius, Lupercius, & Victoricus, sancti Marcelli Centurionis Martyris filii, Legione Martyrium passi, decimotertio Kalendas Nouembris, parentem imitati.

Moral lib. 10 c. 20.

Sancti Emeterius, & Celidonius, fratres germani, Sancti Marcelli Legionensis Centurionis Martyris filii, & ipsi Martyrium Calagurri capitis abscisione pertulerunt. Alias Hemiterius & Chelidonius.

Bed. Vs. Ado Bar. 5. Non. Mart. Moral. lib. 10. c. 9.

Sancti Seruandus, & Germanus, Legionenses filii sancti Marcelli Cen-

Bed. Vs. Ado & Baronius, Prud. in hy. sacro.

Greg.Tur.de glor.Mart.c.93. S.Eulog. lib.1.memo. SS.Mora.lib. 10.c.19.

Centurionis Martyris, capitis abscissione agonem suum consummauerunt, decimo kalendas Nouembris.

Bed. Vsuard. Ado, Baron. Prud.hym.4 Vas. in chro. Hisp.Mor.li. 10.c.23.

Sanctus Acisclus, & Victoria eius soror Martyrium passi. Acisclus quidem capite truncatus. Victoria mammillis abscissis, & lingua graphiis confixa. quinto decimo kalendas Decembris.

Vs.Ado,Bar. in chr. Mor. L.marin.Sic. lib.5.de reb. hisp.Mor.li. 10.c.24.

Sancti Faustus, Ianuarius, & Martialis socii, Martyrium Cordubæ passi. quarto kalendas Octobris.

Baron. 4. Id. Oct.mor.lib. 10.c.25.

Sanctus Secundinus Martyrii palmam Cordubæ adeptus, duodecimo kalendas Iunii. anno 306. sub Diocletiano.

Vs. Bar. Vas. in chr.Mora. in Mar.Corduben.

Sanctus Lupus, & Amelia Cordubæ palmam Martyrii adepti. pridie Idus Octobris.

Mor. lib. 10. c. 25.

Sanctus Narcissus Martyrio Cordubæ affectus.

Mor in mar. Cord.Mora, lib.10. c.27.

Sub

Sub eadem persequutione passe creduntur Sancta Marina & Sancta Eufemia Virgines, ad Aquas calidas vulgo orensem.

Sanctus Gerontius Episcopus Italicæ, in vinculis intra carcerem mortuus. octauo kalendas Septembris. Mor. lib. 10. c.28.

Sanctus Cyriacus & Paula Martyres, lapidati, sicut & protomartyr Stephanus. decimoquarto kal. Iulii Malacæ. Baro. 8. Kal. Iul. Mor. lib. 10. c.28.

Sanctus Anastasius miles, cum septuaginta sociis, Betulonæ Martyrum passus. S. Eulog. in mem.SS. lib: 3.c.8.14.Iul. passi. hac eadē die Baro.

Sanctus Sergius Monachus & Martyr Betulonæ passus. S.Eulog. lib. 3.memor.ss. Mor. lib. 10. c. 28.

Sancti Faustinus, Marcus, & Adria, Martyrium subiere. IdemMoral.

Sanctus Eutychius Martyr. tertio Idus Decembris. Mor. ibidem

Sancti Honorius, Eutycius, & Stephanus. duodecimo kalendas Idem Moral.

Decembris, Martyrii palmam adepti.

Hi, & plurimi alii, quorum memoria intercidit, quarta hac sæuissima persecutione sub tyrannide Diocletiani & Maximiniani in Hispania Martyrii palmam adepti.

Moral.lib.10 c.26. ex Cyriaco Ancon.

Extabant duæ inscriptiones antiquæ olim in Hispania, quæ horum Imperatorum rabiem in Christianos significabant quarũ prior hęc erat.

DIOCLETIANVS. IOVIVS. ET. MAXIMIANVS
HERCVLEVS. CAESS. AVGG. AMPLIFICATO
PER. ORIENTEM. ET. OCCID. IMP. ROM. ET
NOMINE. CHRISTIANORVM. DELETO. QVI
REMP. EVERTEBANT

Secunda inscriptio huiusmodi erat.

DIOCLETIAN. CAES. AVG
GALERIO. IN. ORIENTE. A
DOPT. SVPERSTITIONE. CHRIST
VBIQ. DELAETA. ET. CVLTV
DEOR. PROPAGATO.

De quinta in Ecclesiam Hispanicam persequutione. Cap. VII.

POST persequutionem illatam fidelibus, sub Diocletiani & Maximiani atque Galerij Imperio, Ecclesia Hispanica quieuit, & pace gauisa est sub Constantino Maximo, & eius successoribus. Nam etsi Iulianus Apostata Ecclesiam varijs artibus afflixerit, & multos Martyrio sustulerit, non legitur tamen Hispaniæ hac in re fuisse infestum, vel quod breue eius fuerit Imperium, & viciniora prius infestauit, neque ad remotiora se potuerit facile extendere. Tempore Honorij, Gothi anno CCCCXIV. Hispaniam inuaserunt, & ea potiri cæperunt, sub Ataulpho. Qui cum Arianismo essent infecti, contagiũ

illud ſimul cum Imperio propagare adnixi, aliquot viros pios & Orthodoxos martyrio affecere ſub Genſerico, qui primus illorum perſequutionem in Catholicos mouit, Martyrij palmam adepti ob conſtantiam veræ religionis, & quod Arianiſmo, nec blanditiis aut minis acquieſcere noluerint, aut fidem auitam nullo modo deſerere, Arcadius, Probus. Paſchaſius, Eutychius, & Paulilus, Hiſpani, aulici primores, & Regi imprimis familiares: primo namque exules facti, deinde proſcripti, multa tormentorum genera, illis adhibita, tandem capitum abſciſſione glorioſo martyrij fine quieuerunt, Idib. Nouembris, anno, maximum, minimumve, quadringenteſimo trigeſimo tertio.

Sanctus Laureanus Archiepiſcopus Hiſpalenſis, inſectator acerri-

mus Arianorum, & ob hoc vehementer exoſus à Totila Oſtrogothorum Rege, Romam eius metu, è ſua Eccleſia fugiens, in redditu Maſſiliæ eius inſidijs Martyrio coronatus. quarto Nonas Iulij anno Domini quingenteſimo quadrageſimo quarto.

Chron. vniu. Hiſp. Alfonſ. à ſapiēte collectum. Roderic. Toletanus. Ambroſius. Moral. lib. 12 c. 73. & 74. Steph. Garib. in vit. Roderici Regis.

Sanctus Ermenegildus, Princeps Hiſpaniarum, à parente Leuuigildo Rege, quod Arianiſmum deteſtaretur, vinculis aſtrictus, & in teterrimum carcerem coniectus, & tandem ſecuri percuſſus Martyrii palmam glorioſe obtinuit. Idibus Aprilis anno Domini quingenteſimo octuageſimo quarto.

Sanctus Vincentius Abbas monāſterii ſancti Claudii Legionenſis Martyrio coronatur quod Arianæ perfidiæ repugnaret anno Chriſti 630. ætatis ſuæ 47. die 11. Martii.

De

De Hispania ab Agarenis expugnata.
Cap. VIII.

QVATVOR & triginta Reges ex Gothica ſtirpe ab Athaulpho vſque ad Rodericũ Hiſpaniæ trecentis annis præfuerunt ab anno in quam quadringenteſimo decimo quarto, vſque ad ſexcenteſimum decimũ quartũ, quo tota ferme Hiſpania periit, in poteſtatem Arabũ & Affricanorum redacta: peccatis Regum & populi exigentibus, neglectu & contemptu religionis, qui ſe ab obedientia ſedis Apoſtolicæ ſubtraxerant: omnia in luxum, & deprauatos mores conuerterant: Sacerdotes vxores & concubinas publice domi alebant, & cuncta demum in deteriora prolapſa erãt: cum Deus furore excitatus, punitu-

rus tanta ſcelera, Arabes & Africanas gentes concorditer aduerſus Hiſpaniam incitauit, qui veluti examina locuſtarum effuſſi, ſecuros & nihil tale metuentes adorti, paucis congreſſibus ſuperarunt. Vrbes cæperunt, & munitiſſima quæque loca occuparunt, & veluti flamma corripiens, omnia ſacra & profana vaſtarunt, angulum Deus miſertus genti ſeruauit Cātabriæ, & Aſturum, quo reliquiæ Hiſpaniæ immunes ſeruarentur, non aliter atque tēpore diluuj in arca Noe vt inde reparari poſſet genus Hiſpanum, ne penitus deleretur. Decem & ſeptem menſibus cuncta in poteſtatem ſuam redegerunt hoſtes, & ſeptingentis annis Chriſtiani ab eis recuperarunt adempta & occupata, ita vt ſinguli menſes centenario redimerentur annorum, tanto ſanguine effuſo diuerſis congreſſi-
bus

bus, vt tellus eo vbique maduerit: tot cædibus vt tota ſit facta ſepulchrum. Erat per hæc tempora, Maroanus Aliſa I. Rex in Syria & Arabia, cui parebat etiam maior Africæ pars, & ideo Miramamolinus id eſt rex, qui nullum ſuperiorem agnoſcit, & potentiſſimus Arabica lingua vocabatur. Hic duos duces Muzã, & Tariſam appellatos, duobus potentiſſimis exercitibus præfecit, quibus Hiſpaniam expugnarẽt, ſicut & fecerunt. Iucephum autem miſit, qui prouinciam eius nomine gubernaret. Hiſpani, partim trucidati, partim ad montana confugientes ſeruati, partim in magnis vrbibus relicti, vt agros colerent, armenta & pecora nutrirent, mercaturam exercerunt, & vectigales regi forẽt Hiſpali, Cordubæ, Toleti, Emeritę, & Murtiæ: & aliis inſigni nominis oppidis. Neque enim licet numero

ſiſsimi Arabes eſſent, vaſtiſsimæ Hiſpaniæ prouinciæ habitatores ſufficere poterant, niſi indigenas reliquiſſent. His permiſſum inter eos habitare, Chriſtiano ritu viuere, ſua antiqua Templa, & Cænobia virorum & mulierum, ac Sacerdotes, & Epiſcopos retinere, ne deſerta eſſent habitatore loca, agricultura & pecuaria omnino perirent: & deeſſent, qui tributis Regias opes augerent. Exoſi tamen erant Chriſtiani inter illos, ſicut & Iudæi inter Chriſtianos. Religio enim diſpar, ſi religio Machometiſmus, & non potius, obſcæna ſecta, appellanda ſit, parum dilectionis, multũ odij concilia bat, & vix tutos reddebat iſta infida ſocietas. Qui ad montana & aſperiora loca confugerant, corpora, & reliquias ſanctorum, ſacra vaſa & libros, qui in Eccleſijs ſignanter ſeruabantur, ſecum detulere, ne ab infi-

infidelibus profanarentur: præcipuum enim ſtudium illorum erat perdere, ſi quæ ſupererant inſtrumenta Chriſtianæ religionis. Hic erat ſtatus eo tempore fidelium, & infidelium eos opprimentium dura quadam ſeruitute: & tributis ſingulis lunis crudeliter exactis. Fuit autem hæc clades Hiſpaniæ CX. annos poſt legem Machometi promulgatam.


De innouatione Imperij Arabum in Hiſpania. Cap. IX.

IVCEPHVS expugnatæ Hiſpaniæ præerat Vicarius Maroanis potentiſſimi Syriæ & Arabiæ Regis, Miramamolini vuulgo appellati, cum Habdarrahmanus Hazenis filius, ſtrenuus Dux, occaſionem nactus, nouis copijs ex tota Africa con-

contractis, Iucephum adortus, regni gubernatione sustulit, & ipse Imperio totius ferme Hispaniæ potitus est anno Domini DCCLV. vel vt alij anno DCCLVI. Sedem ab Hispali Cordubam transtulit, quod commodior bellis gerendis, & negotiis expediẽdis ea Vrbs videretur. Hinc multis & varijs modis, tam à se, quam à successoribus nobilitata, & supra omnes alias Hispaniæ ciuitates ornata & exaltata fuit. Ex ea enim veluti primaria & rigia, totum negocium pacis & belli pendebat: & fori causæ decidebantur. Fanum ibidem Machometo fundarunt adeo famosum, vt inter cuncta superba Europæ ædificia adhuc mirabile existat. Publicas scholas disciplinis docendis erexerunt, in quibus claruerunt Auerrois, Abenzoar, Rasis, & alii plerique Philosophi. Riuos aquarum

in Vrbē per ducendos, nobili & ingenti aquæ ductu constructo curarunt. Telas aureas magna copia texuerunt, & quidquid delitiis & voluptati inseruiebat, affatim ministrarunt. Nullibi tot templa & cœnobia virorum & fæminarum Christianis relicta, & quod magis auxit dignitatem & splēdorem Vrbis, fuit tot in ea martyrum sanguinis effusus.

De Legibus quibus Christiani subdebantur. Cap. X.



HRISTIANI inter Arabes degentes, inuisi & exosi erant, & pessime ab ipsis tractabantur, sacrilegium namque censebant saltē vestibus eorum contingi, cum eo tactu pollui, ac fædari arbitrarentur, tributis menstruis, quæ singulis e-

mer-

mergentibus lunis colligebantur: & ideo lunaria dicta, acerbissime & crudeliter exigebantur, nullo respi randi loco dato. Tria fuerunt illis crimina capitalia aduersus Christianos: Vnum, detrahere Machomento, & ita aliquod conuicium in eum dicere, vt quod pseudopropheta, impostor, seductor aut præstigiator, vel magus & illusor esset, vel legem eius Alchoranum dictam, obscænam, commentitiam, & miracula eius falsa, vel quid simile proferre statim ad Iudicium trahebatur, & recomperta capite plectebatur, nec erat aliquod suffugium vt necem euaderet.

S.Elog.lib.1. memor. SS.

Alterum, filii qui nascebantur ex vno parente saraceno, quantumcũque alter esset Christianus, cogebãtur sub capitali supplicio, Machometismum profiteri, & alterius parẽtis Christiani legem deserere. Nec vlli

ea in re parcebatur quin mortẽ ſubiret, ſi conſtans propoſiti permaneret.

Tertium, qui fanum aliquod ſaracenorum Moſcheas vocatum, eſſet ingreſſus capite plectebatur, quod putarent Chriſtianorum præſentia violari, & inquinari eorum delubra, & grauius multo erat ſi dũ ſuas preces, & ritus agerent, Zala vocatos, aliquis Chriſtianorum ad eorum adita penetraret, cenſebant namque magnam illis irrogari iniuriam, prophanari, & contẽni ſi alienæ religionis homines intereſſent, ſua arcana ſacra. Deprehenſus Chriſtianus, non ſolum capite, ſed & manibus & pedibus antea truncabatur. Sed quot martyres transgreſſiones iſtarum legum effecerint ſummatim dicamus.

De

De septima persequutione Ecclesiæ Hispanensis à Sarracenis illata.
Cap. XI.

S.Eulog. lib. 2. c.16.



Abdarrhamanus, qui Hispaniam à seruitute Regum Syriæ & Arabiæ Miramamolinorum vocatorum exemit,& regiam Cordubæ constituit, filium genuit sibi cognominem Habderrahmanum II, appellatum,qui in regno sibi successit. Hic anno XXIX. Imperij sui, qui fuit Christi 850.& Pontificatus Leonis IIII.item IIII.Et primus Ordonij primi, cœpit persequi Ecclesiam Christianam Cordubæ collectam. Referemus autem horum omnium certemina, vt rectius martyrium ducentorum Monachorum intelligatur.

Primus martyrum sustulit Hab-

der-

derrahmenus anno eius regni 28. Christi autem 849. Adulphum & Ioannem, fratres germanos Hispalenses v. Kal. Octobris.

Moral. lib. 14 c. 2. Vsua. Baron. eadem die.

S. Perfectus presbyter Cordubēsis, captus & capite dānatus, quod aduersus Machometum & eius legem multa conuicia dixisset anno Domini 849. Habderramenis 29. Feria sexta, decimoquarto kalend. Maias.

S. Eulog. lib. 2. mem. ss c. 1. Moral. in schol. Vsuar. Bar. ead. die.

S. Isaac Monachus sancti Benedicti in Cœnobio Tabanensi, nobilibus & locupletibus parētibus Cordubæ ortus, Iudici se obtulit, multa in Machometum, & eius legem effundens, ob quod fuit capitali sententia plexus, tertio Nonas Iunias, anno Domini octingentesimo quinquagesimo primo, Feria quarta, corpus eius ligno suspensum, mox exustum, cineres in Bætim coniecti. Die lunæ sequenti septimo Idus Iunias

S. Eulog. lib. 2. memo. SS. cap. 2. Vsua. Baron. ead. die. Moralius.

S.Eulog. lib. 2. mem. SS. cap.4. Vsua. Baron. ead. die.

nias anno Domini octingentesimo quinquagesimo primo, sex martyres vna passi sunt, sanctus Petrus videlicet, presbyter, Vnalabōsus eius diaconus, Sabinianus, Vuistremundus, Habentius, & Ieremias, monachi Benedictini Cœnobij S. Zoili capitis abscissione martyrium gloriose consummarunt, Ieremias senex crudelissime antea verberatus, singuli post necem palis suffixi, & postea exusti, cineres in Bætim iactati.

S.Eulog. lib. 2.memo. SS. cap. 5. Bar. ead.die.

S. Sternandus, Leuita pacensis, Feria quinta, decimoseptimo kal. Augusti anno octingentesimo quin quagesimo primo Iudici spōtaneus se obtulit, multa in eius pseudopro phetam Machometum, & Alchoranum conuicia proferens, vnde capitn truncatur, canibus corpus expositum, ossa collecta & sepulta.

Sanctus Paulus Diaconus, die

Lunæ

Lunæ. decimo tertio Kalendas Augusti, certamen martyrii subiit; mox octauo kalend. Augusti eodem anno octingentesimo quinquagesimo primo Theodemius monachus Benedictinus, iuuenis martyrium capitis abscissione finiuit.

S. Eulog. in mem. SS. lib. 2. c. 6. Vsua. Baron. die 17. Apr.

Maria & Flora Virgines, quod ex parentibus essent Saracenis, & Machometismum abnegarent, atque Martyrio se sponte offerrent, capite truncatæ. octauo Kalen. Decembr. anno octingentesimo quinquagesimo primo.

S. Eulog. lib. 2. memor. ss. c. 8. Idem eodem

Sācti Gumesindus presbyter Toletanus, & Seruus Dei monachus Benedictinus. Id. Ianuar. martyrii palmam adepti, anno Domini octingentesimo quinquagesimo secundo.

S. Eulog. in memor. SS. lib. 2. c. 9. Ibidem.

S S. Felix, & Liliosa eius vxor, Aurelius & Sabigoto cōiuges quod cum ex genere essent saracenorum,

Eulog. lib. 2. memor. SS. c. 10. Mor. lib. 14. c. 14.

Vsuar. 7. kal. Sept. Baron. testi 6. Kal. Augusti.

Christianam tamen religionem cõstanter profiterentur: & Georgius monachus, conuiciis Machometũ, & legem eius proscinderet, & se martyrio spõte omnes obtulerint, simul capitis abscissione martyrii palmã adepti fuerunt. sexto Kalendas Augusti, anno Domini octingentesimo quinquagesimo secundo.

S. Eulog. in memoria SS. lib. 2. c. 11. Bed. Vsuard. Baro. hac eadem die.

SS. Christophorus Cordubensis, consanguineus martyris Eulogij, & Leouigildus Illiberitanus, Monachi Benedictini, Ille in Cœnobio S. Martini, hic vero SS. Iusti & Pastoris: vltro se Iudici offerunt, Machometum, & eius legem seu Alchoranum maledictis proscindunt, capitis abscissione martyrium consummarunt decimo tertio Kalendas Septembris, anno octingẽtesimo quinquagesimo secundo. corpora postea exusta à fidelibus semicremata rapta & recondita fuere.

SS. Vir-

SS. Virgines Nunilo, & Alodia, quod parentibus Saracenis, ipſæ Chriſtianæ eſſent Iudici ſtatuuntur quas cum nō pcſſet blāditijs & pro miſſis emollire, aut minis deterrere quo minus religionem Chriſtianā profiterentur conſtantiſſime, capite iuſſe truncari. vndecimo Kalend. Nouembris, anno Domini octingētesimo quinquageſimo primo. S. Eulog. lib. 2, memor. ss. cap. 7. Vſua. Baron. ead. die. Mor. in ſcho. ad Eulog.

SS. Emilia, & Ieremias, Cordubenſes Monachi Benedictini, capite damnati, quod ſe vltro martyrio offerentes, multa maledicta in Machometum & eius legem congerēt. decimo ſeptimo Kalendas Septembris, anno Domini octingenteſimo quinquageſimo ſecundo. S. Eulog. ibid. cap. 12.

SS. Rogellus, & Seruiens Deo, quod in maximum & celebrius Agarenorum Templum, interim dum ſuos ritus celebrarent, ingreſſi, pſeudoprophetam Machometū & eius S. Eulog ibid. c. 13. Mor. lib. 14. c. 15. Baronius.

legem execrarunt, capti manibus & pedibus prius abſciſſis, capitali ſupplicio martyrii palmam adepti, decimo ſexto Kalendas Octobris, anno Domini octingẽteſimo quinquageſimo ſecundo.

S. Eulog. lib. 3. memor. ss. c. 14. & 15.

Habdarrahmenis animũ valde excruciabat conſtantia Martyrum, & alacritas, quam in patiendo oſtendebant, & ignominiam, & dedecus quoddã ſuæ legi irrogari proinde credebat. De extirpandis, & abolẽdis omnino Chriſtianis in ſuo dominio cogitare cæpit. Res in cõſilium deducta, & quod fieri ſine maximo detrimento regij cenſus, & pecuariæ nequiret, prætermiſſum. Et quod mors per hæc tẽpora Habdarrahmenis huius nominis ſecundi intercesſit, qui obijt anno Domini octingẽteſimo quinquageſimo ſecundo & trigeſimo primo regni ſui, perſequutor Eccleſiæ Chriſti.

Suc-

Succeſſit in Regnum paternum Mahomad eius filius, infenſior, & hoſtilior in Chriſtianos quam pater. Eo die quo Rex acclamatus omnes Chriſtianos regia aula exegit, in qua miniſtrabant, ſtipendia eiſdem ademit, cunctas Eccleſias, quæ denuo fuerant fabricatæ, vel quæ poſt tempora Gothorum erectæ, demoliri iuſſit. Cuius edicti prætextu, turres antiquæ Templorum dirutæ & ſolo proſtratæ fuerunt, quas Gothi conſtruxerant: & denique nihil prætermiſſit, quo odium in Chriſtianos conceptum non proderet: pollicebatur hic Tyrannus ſi victoriæ & læta contingerent, omnes Chriſtianos nece ſublaturus, poteſtate cuique facta illos occidendi citra iudicium, ſi aliquod verbum aut contra Machometum aut eius legem muſſitaſſent: calumniæ eos & libidini Saracenorum exponens, vt facere

S. Eulog. lib. 3. memor. ss. c. 1. 3.
Idē in Apolog. martyr. Moral. lib. 14 c. 16. & 17.
S. Eulog. ibid. c. 1. 3. 4. & 5.

liceret, quod vellent, & vt odium aduersus Christianos intimum & acerbissimum exaturare possent. Martyrio multos affecit, tam Cordubæ, quam extra, rabiem & virus aduersus Innocentes effundens. quorum hic seriẽ teximus, vt ad nostros martyres ducentos veniamus.

a.Eulog.ibid. c.7. Moral.lib.14 c.19.

Sanctus Fandila presbyter Accitanus monachus sancti Benedicti in Cœnobio Tabanensi, Iudici adstãs Euangelium prædicat, Machometũ & eius legem tamquam commentitiam & vanam exprobrat, captus, & capitali supplicio punitus, martyrij palmam adeptus Id. Iunii, anno octingentesimo quinquagesimo secundo, ligno postea suspensus. Adeo hoc facinus Fandilæ Mahomad grauiter accepit, vt furens Episcopum capi præceperit Cordubensem, & omnes Christianos mares interfici, fœminis reseruatis statuisset, nisi à

consi-

consiliariis auocaretur.

Sancti Anastasius Diaconus Cordubensis, Felix monachus Benedictinus Complutensis, & Digna Virgo monialis, quod Machometo & eius legi detraxisset eodem die decimo octauo kalend. Iulii, anno Domini octingentesimo quinquagesimo tertio, martyrium simul passi. S. Eulog. lib. 3. memo. SS. c. 8. Moral lib. 1 c. 20. Baronius.

S. Benildis seu Benilda, matrona Cordubensis vltro se obtulit martyrio, blasphemans Machometum, & eius spurcam legem, capite plectitur. decimo septimo kalend. Iulii, anno octingentesimo quinquagesimo tertio; corpus eius incendio consumptum, cineres in Bætim iactati. Eulog. ibid. c. 9. Moral. lib. 19 cap. 20. Bar.

Sancta Columba Virgo, vltro se martyrio obtulit, Machometum, & eius Alchoranum detestans, capite truncata martyrii palmam adepta. decimo quinto kalend. Octobris anno octingentesimo quinquagesimo Eulog. ibid. c. 10. Mor. lib. 19. cap. 21. & in schol. ad Eulo g. Baron.

tertio, corpus eius fiſco ſparteo inſutum in Bætim proiectũ, poſt dies octo integrum & illæſum receptum & ſepultum à fidelibus.

Eulog. ibid. cap. 11. Mor. lib. 14. c. 22. Baron.

Sancta Pompoſa Virgo, Cordubenſis monialis, ob deteſtationem Machometi, & eius Alchorani, martyrio coronata. decimotertio kal. Octobris anno octingẽteſimo quinquageſimo tertio, corpus in Bætim proiectum, à fidelibus inde extractũ & ſepultum.

Eulog. ibid. c. 12. Moral. lib. 14 c. 23. Baron.

S. Abundius presbyter, quod vltro confeſſus Machometo detraxerit, eiusque Alchorano, capitis abſciſſione martyrij palmam adeptus. quinto Idus Iulii anno octingenteſimo quinquageſimo tertio, corpus canibus & aliis beſtiis deuorandum exponitur.

Eulog. ibid. c. 13.

S. Amator presbyter Tuccitanus & Petrus monachus ſancti Benedicti, & Ludouicus vltro ſe martyrio offe-

offerunt, exprobrantes turpitudinẽ legis Machometanæ, quod & adepti. pridie kalendas Maias, anno Domini octingentesimo quinquagesimo quinto.

Sanctus Vuitesindus Egabrensis quod fidem Christi cum detestatione Machometi fateretur, interemptus, Martyrij palmam meruit anno octingentesimo quinquagesimo quinto. S. Eulog. lib. 3. memor. ss. cap. 14.

Sancti Elias presbyter Lusitanus Paulus & Isidorus Monachi sancti Benedicti eadem ratione martyrio affecti. decimo quinto Kalendas Maij anno octingentesimo quinquagesimo sexto, corpora eorũ patibulis suspensa, post multos dies humata. Eulog. ibid. c. 15. Moral. lib. 14 c. 24. Baron. Vasçus perperã dixit eos sub persequutione Diocl. passos.

S. Argimirus Egabrensis, monachus sancti Benedicti ob eandem, qua ceteri, confessionem, martyrio affectus, palo transfixus, & ibidem gla- Eulog. ibid. c. 16. Baron

gladio confossus. quarto Kalendas Iulias, anno octingentesimo quinquagesimo sexto.

Eulog. ibid. Mor. lib. 14. c.26. Baron.

Sancta Aurea Virgo, quod adducta ad Tribunal Iudicis, intrepide cum fidei confessione, Machometũ detestata fuerit, capitis abscissione martyrij palmam adepta. decimo quarto Kalendas Augusti, anno octingentesimo quinquagesimo sexto.

Eulog. in Apolog. mart. Idem Moral. c.26.

Sancti Rodericus presbyter, & Salomon capitis abscissione, martyrio coronati, tertio Idus Martij, anno octingentesimo quinquagesimo septimo. corpora lignis clauis suffixa, deinde in Bætim fluuium iactata, postea à Christianis inuenta, sepulta fuere.

Aluar. Card. in vita ipsius Mor. lib. 14. c. 27. 28. 29. & 30. & lib. 15. c. 15.

Sanctus Eulogius presbyter Cordubensis & doctor, electus Archiepiscopus Toletanus, martyrium passus, capite truncatus. quinto Idus Mar-

Martij anno Domini octingentesimo quinquagesimo octauo, sub Rege Mahomad. corpus eius in Bætim fluuium iactatum, à Christianis tandem redemptum & sepultum. Trãslatio eius corporis anno octingentesimo sexagesimo. Vsuar. de eo propr. 20. Septẽb. Baron. 5. Idus Mart. quib. obijt.

Sancta Leocritia Virgo, à parentibus saracenis nata, sicut rosa inter spinas fide emicuit, ob quàm capite plexa est. quinto Idus Martij, anno Domini octingentesimo quinquagesimo octauo. eodem quo Eulogius die, in Bætim fluuium proiectũ corpus eius, à Christianis tamẽ collectum & sepultum.


Numquam suos martyres agnosceret Hispania, numquam Habdarrahmenis, & Mahomadis sæuitia, & tyrannis patuissent, sed tenebris cũcta essent inuoluta, nisi Eulogius vitas illorum, & immanitatem Regũ, qui eos martyrio affecerunt conscri Moral. ibi à c. 27. Aluar. in vit. s. Eulog. Bar.

psis.

pßißet. Neque Eulogij,& Leocritię gesta & certamen gloriosum ad nos perueniſſent, niſi Aluarus Cordubē ſis ad poſteritatem litteris mandaſſet. Proinde multum debere marty ribus fatemur, qui ſuo ſanguine patriam tellurem conſecrarunt, multū his qui memoriæ poſterorum tradidere.

De multis Monachis profugis ob Sæuitiam Regum Cordubenſium.
Cap. XII.

Moral. lib. 14 hiſt. Hiſp. c. 23.



Rabes Machometani, Monachos præſertim in ſectabātur, & multis eos affligebant, Monaſteria diruentes, peculiolum quo alebantur, occupantes, quod cēſerent, hos ceteros ad martyriū exhortari ſubeundum, & in ſuum legislatorē con uicia regerendum. Vnde ſæuitiam

& im-

& immanitatem persecutionis, haud tolerare posse videntes, è Mahomadis Imperio fuga se subtraxerũt ad Ordonium Regem in Calletiam venientes, inter quos fuit Offilo Abbas, & Vincentius presbyter, monachi sancti Benedicti, qui a Rege humanissime excepti, Cœnobiũ à Samos dictum, quod Saraceni diruerant, ab ipso potestatem illud reædificandi impetrarunt. Largitionibus proinde regiis adiuti, & amplissimo censu ditati opus perfecerunt anno Domini octingẽtesimo sexagesimo secundo. Ordonio primo vita defuncto, Alfonsus tertius cognomento magnus, successit die vigesimo octauo Maij, anno octingentesimo sexagesimo sexto, qui fuit decimo quarto Mahomadis in regno Cordubensi. Anno deinceps octingentesimo septuagesimo primo Vualabonsus, seu Alfonsus Abbas ordinis


sancti

ſancti Benedicti cũ multis eius monachis furorem Mahomadis fugientes ad Alfonſum Regem peruenerunt. Quibus benigniſſime admiſſis Cœnobium ſanctorum Martyrum Facundi & Primitiui, hodie à Sahagun vulgo dictum, pro ſancto Facundo corrupte appellatum, quod ab ingreſſu Arabum in Hiſpaniam, dirutum & euerſum fuerat, & à Rege denuo reſtitutum, multiſque & ampliſſimis redditibus auctum, quibus monachi commode, & honorate alerentur, liberaliter Vualbonſo Abbati, atque eius monachis donauit. quod hodie inſigne & opulentum Benedictinorum eſt monaſterium. Sed & inſtauratio ſancti Michaelis ab Scalada fuit facta à Monachis, qui è Corduba aufugerant furori ſe Regis Cordubenſis ſubtrahentes non longe à Sahagun & quarto vel ſexto leucis ab Vrbe Legionenſi.

Sed

Sed interim de Mahomadis odio in Christianos dicamus.

De bello Mahomadis aduersus Christianos suscepto & cæde CC. Monachorum. Cap. XIII.



NNO Christi octingentesimo septuagesimo secundo, qui fuit sexto Alfonsi Regis tertij, Mahomad effero in Catholicos animo, non tam regnandi & ampliandi Imperii cupidine, quam odio in Christianos concepto, immani & crudeli vigesimo regni sui anno, dimicaturus aduersus eos copias quã potuit ampliores coegit, non solum ex Hispania, sed ex Africa militibus ascitis. Alhabidus namque Almansor qui nomine Mahomedis Africã gubernabat, triginta mille milites auxiliares transmisit, Imperatorem

corum

eorum constituens Zapham Regẽ, nepotem suum, Mahomad autem duos potentissimos exercitus instruxit, alterum qui Legionense regnũ alterum qui comitatũ Castellæ aggrederetur, priori, Albucacenum, postetiori Almandarium strenuos duces præfecit, copias autem omnes in duos exercitus diuisit eo consilio, vt dum alter illorum cum Alfonso in Prouincia Legionensi congrederetur, alter libere rerum in comitatu castellæ potiretur, Vrbes & munita queque loca occuparet. Verum consilium imprudens fuit, dum vires quæ collectæ potentiores, & formidabiles existunt, dispersæ imbecilliores & superabiles fiunt. Ita enim euenit. Alfonsus celerrime Albucaceno occurrit: prelium consertum: in quo Rex victor, Albucacenus superatus fuit, exercitus hostilis terga vertit, quem regius

magna ſtrage vbique edita, longius inſectatus eſt: non auſus Albucacenus diſſipatas copias cum Almandario coniungere, inſequente Rege, nec vlla conſilij, aut reſpirandi opportunitate relicta inglorius Cordubam redijt.

Almandarius in agro Salmanticenſi immoratus excurſiones faciēs miſit Zafam Regem, & Memoſar cū parte copiarū, vt Caſtellæ regionē infeſtarent. Tanto autem odio hi duo Duces in Chriſtianos exardebant, vt conuenerint, de interficiendis illis, qui Chriſti nomen non abnegarent, & Machometum & eius legem non confiterentur. Et ita in illa profectione multos martyrio affecerunt, quorū nomina Deus ſcit, ob fidei conſtantiam nolentes abiurare & deſerere ſuum ducem, etiam vitam profundentes. Ad inſigne & clariſſimum Cœnobium ſancti Pe-

tri à Cardegna acies dirigit Zafa, vbi ducenti monachi degebant ſub diſciplina Stephani Sanctij Abbatis, viri probi, & religioſi, inſtituta ſancti Patris Benedicti ſequentes. Erat autem hoc Cœnobium totius Hiſpaniæ tum vetuſtate, tum numero monachorum celeberrimum: & opulētiſſimum, quod tot monachos alere poterat. Erat autem huic Tyranno inuiſum & exoſum genus omne monachorū, vt qui arctius Chriſtianam profeſſionem ſequerentur, & alios ad eiuſdem obſeruantiam firmius continendam, verbo & exēplo hortarentur. Tentat Abbatem, & Monachos Zafa blanditijs, deinde minis: ſed ab Abbate Stephano Sanctio confortati monachi, & animati exemplo ſanctorum Iuſti & Paſtoris, quorum natalitia illo die celebrabat Eccleſia Hiſpanica, quorum alter tredecim alter ſeptem an-
no-

norum ætatis, vt suo loco diximus, non inquisiti, se vltro obtulerant Iudici, & tanta constantia martyrium pertulerunt, esse verecundum, à pueris tenera adeo ætate, grandes superari, insistendum eorum vestigijs, & multorum monachorum, qui Cordubæ necem pro Christo pertulerunt sponte. Omnes igitur in parte claustri congregati, vnanimes Christum confessi, & Machometum, & eius spurcam legem execrãtes, Hismaelitarum gladijs ducenti monachi cum Abbate Stephano Sãctio, vno die pro Christi fide tuenda, confossi, & iugulati crudelissime fuere. Cœnobium euersum, suppellex direpta vestes & vasa sacra sublata. Contigit hoc facinus anno Domini octingentesimo septuagesimo secundo. Qui erat sextus Alfonsi Regis tertij, cognomento magni, tribus mẽsibus & nouem diebus vltra excur-

ſis, viginti Mahomadis Cordubenſis Regis, octauo Idus Auguſti, quarta feria qua transfigurationis Saluatoris nunc, olim ſanctorum martyrum Iuſti & Paſtoris natalitia celebrabat Eccleſia Hiſpanica. Martyres iſti inſignes, ſanguine ſuo effuſo, pauimentum ſui Cœnobij cruentarunt, ſubſcribentes fidem pro qua patiebantur purpureo liquore victimæ Deo gratiſſimæ, iacuerunt, quas perfidi illi mactarunt. E corporibus illis immolatis, totidem columnæ immobiles erectæ, quibus ſtructura monaſterii ſancti Petri à Cardegna fortius fulciretur, & pulchrius atque erat aſſurgeret. Hinc decus Vniuerſali Eccleſiæ, Hiſpanicæ præſertim, totique ordini Benedictino, cuius profeſſores erant, & ornamentum inſigne conciliatum.

Diſcedente exercitu, fideles circumuicini, continuo accurrerũt, vt

vide-

viderent quid Barbari illi, intra monasterium sancti Petri admisissent: reperiunt ipsum demolitum, & sanctos martyres simul in claustro iacentes, diuersis vulneribus confossos, quos accipientes in illa eadem claustri parte, qua fuere occissi, eadem etiam sepulti. Lapis ingens impositus, ne tẽporum vmquam iniuria tantæ rei posset memoriam abolere. Deliberatione, matutoque consilio habito inscriptionẽ hanc addẽdã curauere, prout hodie extat.

ERA.DCCC.LXXII.IIII.F.VIII.ID.AG°
ADLISA. EST. KARADIGNA. ET. INTE
RFECTI. SVNT. IBI. p. REGEM. ZAPH
AM. CC. MONACHI. DE. GRE
GE. DNI. IN. DIE. SCORVM.
MRM. IVSTI. ET. PASTORIS

Hic Zafa vt ex Arabicis chronicis constat bis ex Africa cum exercitu Hispaniam venit, suppetias laturus Habdarrahmano tertio Cordubæ Regi aduersus Christianos. Primam expeditionem fecit iuuenili adhuc in ætate constitutus, in qua occidit istos ducentos Monachos in Cœnobio sancti Petri à Cardegna. Secundam tempore Ferdinandi Gonzalij Castellæ Comitis iam senex aduersus quem militauit, & martyrio affecit in Cœnobio sancti Petri ab Arlanza, beatos Pe


lagium

lagium, Arſenium, & Siluanum, monachos Benedictinos eiuſdem Cœnobij, ſitibundus ſanguinis ſanctorum, & Monachis adhuc infenſus, ſæuitiam, & immanitatem veterem retinens, vt ſcelera ſceleribus cumulata, grauiori ſupplicio, & æterno lucerentur. Quod ſi horum monachorum martyrum ab Almanzore perpetratum aliquando legatur, eo fit, quod in bello omnia ferme geſta tribuantur, & adſcribantur ſupremo Duci, vt erat Almanzor, ſub cuius Imperio militabat Zafa Rex eius nepos. Aſſignatur ſubinde Almanzori tamquam Imperatori, Zafæ tamquam miniſtro, rebus bellicis præpoſito, qui more ſuo conſueto, id effecit in Arlanza, quod effecerat in Cardegna. Conuenerat namque, cum Memoſare, duce alio inſigni Arabum gladio ſublaturum Chriſtianos omnes, qui Chriſtum

non abnegarent, & Machometum confiterentur, quod ex duabus antiquissimis manuscriptis historijs constant; altera quæ olim in eodem Cœnobio extabat, altera quæ nunc etiam extat. Impetum igitur totius furoris barbarici, isti sancti martyres suis corporibus exceperunt, veluti scutis, in reliquorum salutem. Sed videamus nunc vnde veritas istius historiæ possit comprobari.

Historia martyrij ducentorum Monachorum comprobata.

Cap. XIII.



Vamquam veritas tantam vim habeat, vt non indigeat multis testimonijs, in re tamē tanti momenti indaganda sollicite est insistendum, vt ab historijs antiquis, & recentioribus quas vetustæ sequuntur

tur donationibus & priuilegiis regiis, ipsi cęnobio sancti Petri à Cardegna olim concessis; à publica voce & fama hoc comprobemus. Inter vetustissimas historias manuscriptas, primum locum merentur duæ, altera in qua referuntur martyria & miracula horum ducętorum Monachorum, quæ extabat in Bibliotheca D. Diegui Hurtadi à Mendoza oratoris Caroli V. in Romana curia, quæ hodie cōseruari creditur in Bibliotheca regia S. Laurentij. Altera similis antiquitatis reperiri dicitur lingua Galleca, in Archiuijs Ecclesiæ Compostellanæ, Alfonsi Regis III. cognomento magni, cuius tempore, martyrium hi ducenti Monachi subierunt, & iisdem valde affectus, Monasterium reædificauerat ad gloriam Dei, & illorum honorem & memoriam. Mox succedunt Annales Compostellani, qui

sunt

ſunt in eadem Eccleſia, in quibus Ambroſius Moralius chroniſtes regius aſſerit reperiſſe euerſionem huius Cęnobij, & reædificationem per comitem Diegum Porcellum in memoriam ducentorum Martyrum, qui ibi glorioſe pro Chriſto occubuerunt: & ſepulti ſunt. Hiſtoria præterea generalis Hiſpaniæ, quam ex multis vetutiſsimis ſcriptis collegit Alfonſus decimus cognomento ſapiens, tam ex traditione communi, quam ex monumentis, quæ trecentis ante annis prætereierant, teſtatur, ita ſe habuiſſe, ita contigiſſe, ita percepiſſe ab aliis, qui viderant, & rem propius ſpectauerant: & multa Deum per illos miracula facere. Hos recentiores ſequuntur, Alfonſus Venerus in Enchiridione temporum, in Polygraphia & fundatione Burgenſi. Ioannes Vaſeus in Annalibus Hiſpaniç.

Am-

Ambrosius Moralius in chronicis, Franciscus Tarafa, Stephanus Garibaius: Gonzalus Igliescas, & Ferdinandus à Castiglio, qui omnes concorditer scribunt Martyres fuisse, & pro Christo obiisse, & Moralius signanter tradit ab Stephano Sanctio animatos ad subeundum constantius martyrium, & claustrũ Cœnobij sancti Petri à Cardegna conferri posse cum Sanctuariis Cordubensi & Cæsaraugustano, in quibus innumerabilia propemodũ corpora Martyrum sepulta: & quod plerçque Hispaniæ Ecclesiæ solebant, istorum ducentorum martyrum natalitia celebrare, sicut & aliorum martyrum refertur à Laurentio à Padiglia.

Sunt præterea in Archiuiis eiusdem Cęnobij multæ donationes Regiæ, inter quas vna est Alfonsi vndecimi Burgis facta 12. Iulij. Era

nem, in confirmationem ...
eidem Monasterio concessa, ...
Adefonso Rege eius parente, ...
eximit Cœnobium ab omni ...
illi mulum, & vas aureum. ...
sua Prouinciæ Castellæ, quæ ...
gata Adelantamiento vocat. Vbi & ...
scripta reperiuntur. Ex eis ...
dus Alfonsus Rex, vt beneficium ...
gratiam Abbati, & Conuentui ...
sterii S. Petri à Cardegna, & ...
affectum, quē gerimus corpori...
Sanctorum, quæ ibi iacent, & ob...
norum Regum, & corporum Co...
tis Garsiæ Fernandez, & Cidis ...
derici Diaz ibidem sepultori, &...
Extat & priuilegium in eandē r...
Henrici III. Regis datum in co...
tiis Burgensibus octauo Februa...
Era 1405. in quo leguntur sequ...
tia. Nos vt beneficium & grati...
præstaremus Abbati, & Conuen...
sancti Petri à Cardegna, & qu...

ma-

xime afficimur corporibus San
um, quæ ibidem sepulta iacēt,
b honorem Regum, & corporū
lis Roderici Diaz, & Comitis
rziæ Fernandez, &c. Extat & ad
ud priuilegium Henrici Quarti,
o donauit monasterio, quadra-
ita mille morapetinos super cen
regios iure perpetuo quotannis
uendos, & multa alia ad liberta-
n suorum oppidorum, & oppida-
rum facientia, Segobiæ decimo
nuarii anno Domini Millesimo
adringētesimo septuagesimo ter
. Ibidem Henricus Rex quartus,
fert demolitionem huius Cœno-
i, & decollationem sanctorum
lonachorum ita aiens. Ego Rex
otum facio vobis computatoribus
ostris supræmis informatos fuisse
onasterium S. Petri à Cardegna,
rope Ciuitatem Burgensem caput
egni Castellæ Cameram nostram
pri-

primum monasterium extitisse ordinis sancti Benedicti in Regnis & dominiis nostris constructum. Quod primum fundauit Domina Sanctia vxor Theodorici Gothorum Regis, & dotauit, & posuit in eo ducentos monachos qui Deo inseruirent: & die sanctorum Iusti & Pastoris, Rex Azepha venit potenter cũ suis Mauritanis supra dictum monasterium, & illud ingressi, quidquid in eo erat deprædantes, interfecerunt omnes monachos, qui in eo erant, qui omnes sepulti in claustro dicti monasterii fuerunt, pro quibus Deus miraculum omni anno facit, eo namque die quo fuerunt trucidati, pauimentum claustri, in quo fuere sepulti, apparet sanguineo colore resper sum, &c. Monumenta vetusta monasterii in huius rei confirmationẽ octo sunt. Primum & potissimum, lapis est antiquissimus sepulchro

san-

ſanctorum Martyrum ſuperpoſitus Latina lingua Gothicis caracteribus. Vt ſupra diximus.

Secundum eſt inſcriptio Galliciscaracteribus circum clauſtrum, quod idē refert Hiſpana lingua his verbis, quæ Latine verſa ita habent.

VENITE AD IVDICIVM OMNES. IN ISTA PARTE CLAVSTRI SVNT DVCENTI MONACHI HVIVS COENOBII, QVI MORTEM SVSTINVERVNT PRO FIDE D. N. SALVATORIS ET REDEMPTORIS IESV CHRISTI ET DECOLLATI FVERVNT . . . . FERIA QVARTA . . . . . . SALVS A . . . . . . EIA MILITES . . . . . CHRISTI . . . . . . SEMPER VIVET . . . . . SI MONACHVS COR VESTRVM, ET OSSA VESTRA VT HERBA GERMINABVNT.

Cetera legi nequeunt vetuſtate deleta.

Tertium eſt è regione huius antiquæ inſcriptionis, multa ſimulachra monachorum depicta & Iſmaelitarum, qui eos martyrio afficiunt.

Quartũ eſt duæ cruces, quæ ſunt in extremis dictæ partis clauſtri cũ clauibus ſancti Petri iuxta eas, quæ argumentum ſolẽt eſſe certiſſimum conſecrationis, & manifeſtum indicium.

Quintum eſt fons qui ſubter clauſtrum ſcaturit, & in hortos Cœnobii influit, qui ante martyrium horũ ſanctorum monachorum, alio nomine vocabatur, poſtea cæpit ſanctorum martyrum fons dici & appellari.

Sextum eſt, breuiarium Bibliothecæ Cęnobij ſancti Petri trecentorum circiter annorum, in quo, multæ res in Hiſpania geſtæ referun

tur, inter quas hæc iſtiuſmodi verbis habetur. Era octingenteſima ſeptuageſima ſecunda, venit Rex Azepha in Caſtellam, & excurrens per totam terram occidit ducentos monachos qui ibidem morabantur quorum Abbas Dominus Stephanus, quarta feria in die ſanctorum Iuſti & Paſtoris menſe Auguſti.

Septimum eſt, liber vetuſtus anniuerſariorum, qui de Abbate Domino Ioanne ex oppido ſancti Dominici, ſic ait: Hic Abbas fecit clauſtrum ſanctorum.

Octauum & vltimum eſt, Catalogus antiquiſſimus inſignium virorũ qui in iſto monaſterio ſunt ſepulti: in quo hæc propemodum verba referuntur, Item ſepulti hic ſunt ducenti martyres monachi, qui pro fide Chriſti occubuerunt. Traditio communis monaſterii, & circumuicinorum oppidorum habet, in die

ſan-

ſanctorum Iuſti & Paſtoris Regem Arabum, Zepham vel Azepham vocatum, trucidaſſe in hoc Cœnobio ducentos monachos, & Abbatem eos ad necem ſubeundam animaſſe, & facultatem fugiendi conceſſiſſe, ſi qui videbantur mortem nimis timere: & ſpatium à Tyranno impetraſſe, monachos alloquendi, & cum procederent in clauſtro ſupplicantes, trucidatos omnes fuiſſe: & die martyrii ſingulis annis ſanguineo colore infectum clauſtrum comparuiſſe: & Abbatem quendã ibidem ſepultum, reiectum, quod nollent aliquem non martyrem intra ſuam ſocietatem ſanctos martyres admittere.

Hæc omnia ex gente in gentem ex lingua in linguam ad hanc noſtram notitiam peruenerunt, non abſque diuina prouidentia, quæ voluit ea conſeruare in finem qui ho-

ſunt in eadem Eccleſia, in quibus Ambroſius Moralius chroniſtes regius aſſerit reperiſſe euerſionem huius Cęnobij, & reædificationem per comitem Diegum Porcellum in memoriam ducentorum Martyrum, qui ibi glorioſe pro Chriſto occubuerunt: & ſepulti ſunt. Hiſtoria præterea generalis Hiſpaniæ, quam ex multis vetutiſsimis ſcriptis collegit Alfonſus decimus cognomento ſapiens, tam ex traditione communi, quam ex monumentis, quæ trecentis ante annis prætererant, teſtatur, ita ſe habuiſſe, ita contigiſſe, ita percepiſſe ab aliis, qui viderant, & rem propius ſpectauerant: & multa Deum per illos miracula facere. Hos recentiores ſequuntur, Alfonſus Venerus in Enchiridione temporum, in Polygraphia & fundatione Burgenſi. Ioannes Vaſeus in Annalibus Hiſpanię.

Am-

Ambrosius Moralius in chronicis, Franciscus Tarafa, Stephanus Garibaius: Gonzalus Igliescas, & Ferdinandus à Castiglio, qui omnes concorditer scribunt Martyres fuisse, & pro Christo obiisse, & Moralius signanter tradit ab Stephano Sanctio animatos ad subeundum constantius martyrium, & claustrũ Cœnobij sancti Petri à Cardegna conferri posse cum Sanctuariis Cordubensi & Cæsaraugustano, in quibus innumerabilia propemodũ corpora Martyrum sepulta: & quod pleręque Hispaniæ Ecclesiæ solebant, istorum ducentorum martyrum natalitia celebrare, sicut & aliorum martyrum refertur à Laurentio à Padiglia.

Sunt præterea in Archiuiis eiusdem Cęnobij multæ donationes Regiæ, inter quas vna est Alfonsi vndecimi Burgis facta 12. Iulij. Era

1370.

1370. in confirmationem alterius eidem Monaſterio conceſſæ, à Ferdinando Rege eius parente, qua eximit Cœnobium ab onere ſoluendi mulam, & vas aureum Præſidibus Prouinciæ Caſtellæ, quos vulgus Adelantados vocat. Vbi & hæc ſcripta reperiuntur. Et nos ſupradictus Alfonſus Rex, vt beneficium & gratiam Abbati, & Conuentui præſtaremus S. Petri à Cardegna, & ob affectum, quē gerimus corporibus Sanctorum, quæ ibi iacent, & ob honorem Regnm, & corporum Comitis Garciæ Fernandez, & Cidis Roderici Diaz ibidem ſepultorũ, &c. Extat & priuilegium in eandē rem, Henrici III. Regis datum in comitiis Burgenſibus octauo Februarij. Era 1405. in quo leguntur ſequentia. Nos vt beneficium & gratiam prę̨ſtaremus Abbati, & Conuentui ſancti Petri à Cardegna, & quod

ma-

maxime afficimur corporibus San
ctorum, quæ ibidem ſepulta iacēt,
& ob honorem Regum, & corporū
Cidis Roderici Diaz, & Comitis
Garziæ Fernandez, &c. Extat & ad
aliud priuilegium Henrici Quarti,
quo donauit monaſterio, quadra-
ginta mille morapetinos ſuper cen
ſus regios iure perpetuo quotannis
ſoluendos, & multa alia ad liberta-
tem ſuorum oppidorum, & oppida-
norum facientia, Segobiæ decimo
Ianuarii anno Domini Milleſimo
quadringētesimo ſeptuageſimo ter
tio. Ibidem Henricus Rex quartus,
refert demolitionem huius Cœno-
bii, & decollationem ſanctorum
Monachorum ita aiens. Ego Rex
notum facio vobis computatoribus
noſtris ſupræmis informatos fuiſſe
monaſterium S. Petri à Cardegna,
prope Ciuitatem Burgenſem caput
Regni Caſtellæ Cameram noſtram
pri-

primum monasterium extitisse ordinis sancti Benedicti in Regnis & dominiis nostris constructum. Quod primum fundauit Domina Sanctia vxor Theodorici Gothorum Regis; & dotauit, & posuit in eo ducentos monachos qui Deo inseruirent: & die sanctorum Iusti & Pastoris, Rex Azepha venit potenter cũ suis Mauritanis supra dictum monasterium, & illud ingressi, quidquid in eo erat deprædantes, interfecerunt omnes monachos, qui in eo erant, qui omnes sepulti in claustro dicti monasterii fuerunt, pro quibus Deus miraculum omni anno facit, eo namque die quo fuerunt trucidati, pauimentum claustri, in quo fuere sepulti, apparet sanguineo colore respersum, &c. Monumenta vetusta monasterii in huius rei confirmationẽ octo sunt. Primum & potissimum, lapis est antiquissimus sepulchro

san-

ſanctorum Martyrum ſuperpoſitus Latina lingua Gothicis caracteribus. Vt ſupra diximus.

Secundum eſt inſcriptio Galliciscaracteribus circum clauſtrum, quod idē refert Hiſpana lingua his verbis, quæ Latine verſa ita habent.

VE-

VENITE AD IVDICIVM OMNES. IN ISTA PARTE CLAVSTRI SVNT DVCENTI MONACHI HVIVS COENOBII, QVI MORTEM SVSTINVERVNT PRO FIDE D. N. SALVATORIS ET REDEMPTORIS IESV CHRISTI ET DECOLLATI FVERVNT . . . . FERIA QVARTA . . . . . . SALVS A . . . . . . EIA MILITES . . . . . CHRISTI . . . . . . SEMPER VIVET . . . . . SI MONACHVS COR VESTRVM, ET OSSA VESTRA VT HERBA GERMINABVNT.

Cetera legi nequeunt vetuſtate deleta.

Tertium eſt è regione huius antiquæ inſcriptionis, multa ſimulachra monachorum depicta & Iſmaelitarum, qui eos martyrio afficiunt.

Quartũ eſt duæ cruces, quæ ſunt in extremis dictæ partis clauſtri cũ clauibus ſancti Petri iuxta eas, quæ argumentum ſolẽt eſſe certiſſimum conſecrationis, & manifeſtum indicium.

Quintum eſt fons qui ſubter clauſtrum ſcaturit, & in hortos Cœnobii influit, qui ante martyrium horũ ſanctorum monachorum, alio nomine vocabatur, poſtea cæpit ſanctorum martyrum fons dici & appellari.

Sextum eſt, breuiarium Bibliothecæ Cęnobij ſancti Petri trecentorum circiter annorum, in quo, multæ res in Hiſpania geſtæ referun-

tur, inter quas hæc iſtiuſmodi verbis habetur. Era octingenteſima ſeptuageſima ſecunda, venit Rex Azepha in Caſtellam, & excurrens per totam terram occidit ducentos monachos qui ibidem morabantur quorum Abbas Dominus Stephanus, quarta feria in die ſanctorum Iuſti & Paſtoris menſe Auguſti.

Septimum eſt, liber vetuſtus anniuerſariorum, qui de Abbate Domino Ioanne ex oppido ſancti Dominici, ſic ait: Hic Abbas fecit clauſtrum ſanctorum.

Octauum & vltimum eſt, Catalogus antiquiſſimus inſignium virorũ qui in iſto monaſterio ſunt ſepulti: in quo hæc propemodum verba referuntur, Item ſepulti hic ſunt ducenti martyres monachi, qui pro fide Chriſti occubuerunt. Traditio communis monaſterii, & circumuicinorum oppidorum habet, in die

ſan-

ſanctorum Iuſti, & Paſtoris Regem Arabum, Zepham vel Azepham vocatum, trucidaſſe in hoc Cœnobio ducentos monachos, & Abbatem eos ad necem ſubeundam animaſſe, & facultatem fugiendi conceſſiſſe, ſi qui videbantur mortem nimis timere: & ſpatium à Tyranno impetraſſe, monachos alloquendi, & cum procederent in clauſtro ſupplicantes, trucidatos omnes fuiſſe: & die martyrii ſingulis annis ſanguineo colore infectum clauſtrum comparuiſſe: & Abbatem quendã ibidem ſepultum, reiectum, quod nollent aliquem non martyrem intra ſuam ſocietatem ſanctos martyres admittere.

Hæc omnia ex gente in gentem ex lingua in linguam ad hanc noſtram notitiam peruenerunt, non abſque diuina prouidentia, quæ voluit ea conſeruare in finem qui ho-

die præcipuæ illis intenditur, adiuncta informatione quadraginta testium, qui hęc eadem deponunt. Ex quorum testimoniis immemorialis comprobatio consurgit facta per Dominum Christophorum Velam, Archiepiscopum Burgensem, cui Sanctissimus Dominus Noster Sixtus Quintus felicis recordationis excutiendam commisit. Ex omnibus supradictis fundamentis constat manifestissime veritas & certitudo historiæ, & fidei quam meretur, apud omnes, qui acribus & acutis oculis conspicati fuerint, & religiosis auribus eam perceperint: Sed nterim de antiiquitate & fundatione huius insignis Cęnobii aliquid dicamus, quo melius & quæ diximus, & postea dicturi sumus intelligantur.

De fundatione & antiquitate Cœnobij S. Petri. Cap. XV.



Oenobium ſancti Petri, quod longo poſt tempore cognomen à Cardegna accepit, antiquiſſimum eſſe cenſetur, & omnium, quæ in Hiſpania fundata vmquam fuere vetuſtiſſimum, vt pote, quod ætate ſancti Patris Benedicti, vel proxime poſt eius obitum, originem habuiſſe credatur. ſaltem hoc conſta nullum ante ipſum erectum monaſterium fuiſſe. Non tamen à Theodorico Italiæ Rege, vel ab eius vxore conſtructum, aut dotatum fuit, ſicut quidam non conferentes tempora, temere dixerunt. Cum nec Theodoricus Italiæ Rex tertius Hiſpaniam vmquam venerit, neque eius vxor, quæ non Toletana, vt

nonnulli tradunt, ſed Gothica ſtirpe fuit, neque fines Iberiæ aliquando ingreſſa. Theodoricus autem qui hæreticus erat Ariana labe infectus, monaſterium non erigeret Catholicorum monachorum quos ſciebat, Arianiſmo valde eſſe infeſtos. Vxor præterea opus illud nō moliretur inconſulto aut aſpernāte marito. Tempora præterea non conſentiunt; Theodoricus namque Italiæ Rex obijt Rauennæ, quarto Nonas Septembris, anno Domini quingenteſimo vigeſimo ſexto, regni trigeſimo, ætatis ſeptuageſimo ſecundo, vt multi probatæ fidei Auctores teſtantur.

Sanctus autem Benedictus nondum tunc Caſſinenſe Cœnobium erexerat biennio autem poſt ſancti Ioanni Baptiſtæ & Martino dicatum & conſecratum eſt: quando eius nomen, non adeo vt poſt, celebre

bre habebatur. Obijt autem sanctus pater Benedictus, die vigesimo primo Martij, anno D. quingentesimo quadragesimosecũdo, ętatis suę LXII. & XVI. postquam Theodoricus è viuis excesserat, vt Trithemius in eius vita, & Leo Marsicanus in chronicis Cassinensibus testantur. Non potuit ergo Theodoricus, aut eius vxor, quæ ante maritum fuerat defuncta, Cœnobium sancti Petri vllo modo erigere, quãdo nondum erat famosa religio sancti Benedicti, nec monachi in prouincias vllas sparsi. Nam Placidũ sanctus Benedictus anno quingentesimo trigesimo septimo, in Siciliam cum XXXIIII. alijs monachis misit, qui Cœnobiũ petentibus Siculis Messanæ erigerent. Qui omnes quadriennio post à Mauritanis Pyratis, tertio Nonas Octobris anno 540. pro fidei confessione mar

tyrio affecti fuere, vt Gordianus mo
nachus, qui solus euasit, & marty-
rio eorum præsens interfuit, scriptū
reliquit. Constat igitur non potuis-
se à Theodorico Italiæ Rege Cæno
bium sancti Petri fundari. Neque
filius Theodorici potuit esse huius
monasterii Auctor, vt pote qui nul-
lum filium marem ex vxore sustule-
rit, sed vnicam filiam ex coniuge su
scepit, Amalasuentham, quam Eu
tharico Hispano despondit, ex quo
Athalaricum peperit, Eutherico
mortuo, auus Theodoricus, nepo-
tem Athalaricum regem, ex morbo
quo decessit, viuens declarauit.
Athalaricus octo annos natus re-
gnum subijt, qui cum per ætatis im
becillitatem, ad regni gubernacu-
la minus esset idoneus, Amalasuen-
tha Regina eius mater, & tutrix, in-
terim regnū administrauit: cui inge
niū virile, & prudentia maior, quā

ſexui conueniret, tanta in dicendo vis, vt cum Græce & Latine ſciret, omnes ad ſe voluntates, animoſque conuerterit. Ex concubina autem Theodoricus alias duas filias ſuſcepit, Oſthrogodam, quæ nupſit Gũdibaloſo Burgundiæ Regi: & Thẽdetoſam, quæ Alarico Hiſpaniarum. Alaricus XXII. annis Regno Hiſpaniarum potitus, in prælio contra Clodoueum Francię Regem occubuit anno Domini D. VI. Amalaricus eius filius ex hoc prælio ſubductus, in Hiſpaniam fuit aſportatus. Theodoricus autem Rex Italiæ, Amalarici nepotis orbitatem ex animo miſeratus, vt calamitati eius quoad poſſet ſubſidium faceret, in Hiſpaniam Theudam armigerum ſuum, qui puero tutor eſſet ſummiſit, ac Galliæ ciuitates, aut recuperaret amiſſas, aut conſeruaret obſeſſas. Tredecim annis conſenſu


ſu procerũ Theodoricus pro Amalarico nepote Hiſpaniã rexit; quo vſque Amalaricus adoleſceret, abſens tamen, & per Vicarios omnia adminiſtrauit, vt Moralius lib. 11. c.42. late probauit, ex Caſſiodoro, Procopio, & Sigonio. Si igitur Theodoricus & eius vxor Hiſpaniã numquam ingreſſi, filium marem haud habuerint; neceſſario corruit iſtud commentum, quod à matre Sanctia & filio eius originem duxit. Fuiſſe autem huius Cęnobij fundationem vetuſtiſſimam; & ſub finem vitæ ſancti Patris Benedicti, vel proxime ſunt multa quæ ſuadeant. Primum inter tot Cęnobia quæ ſub eodem ſancti Benedicti inſtituto olim fuere per totam Hiſpaniam fundata, nullum hucuſque de antiquitate cum ſancti Petri à Cardegna certaſſe, ſed omnia vetuſtiſsimum agnouiſſe. Alterum, nonniſi longo tem-

porum

porum progreſſu, & largitionibus Regum & priuatorum, ad tantam opulentiam perueniſſe, vt ducentos monachos alere poſſet. Quod quidem argumentum eſt multa ſecula cucurriſſe, vt fideles poſſent tot bona Cœnobio elargiri. Præſertim cũ ingreſſu Arabum in Hiſpaniam hoc fuerit inter cetera, monaſterium captum & ſpoliatum, quod manifeſtat nomen illi ab iiſdem Arabibus ſua lingua impoſitum, Garaldina, corrupte poſtea Caradigna, & corruptiſſime noſtra ætate Cardegna. Significat autem Garaldina refugiũ noſtrę legis à Gar quod eſt refugium vel antrum, & Aldina noſtræ legis; Quod cum cepiſſent hoſtes, arcem aliquam vel monumentum ibidem excitaſſe, vel ſanctuarium ſuæ ſectæ, vel Aſylum erexiſſe, quo ſe reciperent tempore belli. Nomen Arabicum aperte indicat in

ſua poteſtate illud aliquādo fuiſſe. Deinde monachis reſtitutum, ibidem habitaſſe, vſque ad Zafæ Regis aduentum, qui illud diripuit, ac demolitus eſt, interfectis pro Christi fide, ducentis monachis, qui ibi Deo ſub Abbate Stephano Sanctio inſeruiebant, ſed à quo poſtea reparatū & inſtauratū fuit dicamus.

De inſtauratione Cœnobij ſancti Petri à Cardegna. Cap. XVI.



Oenobium ſancti Petri à Cardegna à tempore Zaphæ Regis, qui illud diruit, vaſtatum & deſertum manſit, vſque ad tempus D. Diegui Porcelli proceris ſummo loco nati, qui illud refecit, & in priſtinum gradum & ſplendorem reſtituit, & duabus leucis diſſitā Vrbem condidit inſignem, Burgos hodie

vocatã;caput Regni Castellę,quod multa suburbia complectens, quæ sparsa erant, muro cinxerit & vnã ciuitatem ex multis vicis conflauerit Burgos ideo dictam, Anno inquam Domini DCCCLXXXIIII exhortante & iubente Alfonso Rege III. cognomento magno, vt Rodericus Archiepiscopus Toletanus & Annales Ecclesiæ Compostellanæ,& alij permulti veteres auctores testantur, & Moralius lib.15.c.17. idem tradit. Verum quamuis conditio Vrbis Burgẽsis anno DCCC. LXXXIIII facta, Cœnobiũ S. Petri à Cardegna LX. annis vastatum & desertum mansit, vsque ad Garciam Ferdinandi, filium Ferdinandi Gonzalij Comitem Castellæ, vt Henricus IIII.Rex in priuilegio ipsi Cœnobio concesso,testatur. Mahomad Rex Cordubæ quadriennio post obijt anno videlicet DCCC.

LX-

LXXXVIII. qui tantum detrimentum huic monasterio intulerat; hostis acerrimus & persequutor, Christiani nominis. Cui successit Almundir eius filius, qui biennium regnauit, & obijt anno Domini DCCCXC. & illi Habdarragmen III. eius frater, Mahomadis secũdo genitus, ætatis XXV. annorum, & semis, qui furorem & odium supra genitores in Christianos effudit, & Almanzorem Ledin Ala, se vocauit, hoc est, defensorem legis Dei. Quinquaginta namque quibus regnauit annis, non cessauit bellum gerere contra Christianos, & eos multis, & varijs modis Affligere, & impugnare, martyrio eo iubente coronati Cordubæ fuere Eugenia, Pelagius, Victor. Eutosia, Petrus Saracenus, & plerique alij quorum nomina in libro vitæ apud Deum asseruantur. Post horum Tyrannorum

rum & similium secula, multum illustrauit Cœnobium sancti Petri à Cardegna magnus si quis alius, Dux Hispanus, Rodericus à Biuar cognomento Cid, qui illud refecit, protexit, & redditibus auxit: ob singularem affectum, quem erga sanctum Petrum principem Apostolorum gerebat. A quo meruit diem obitus sui Valentiæ, quam à Mauritanis receperat, rescire, & qualiter cuncta disponere ante mortem deberet admoneri. Sæpissime cum ingentibus copij hostium congressus, numquam superatus, Victor semper fuit Paucis copijs, potentissimos hostium exercitus fudit; & Reges, qui illos ductabant, mortuus, equo insidens, viuus creditus, tantum terroris exercitui Bucaris Regis, qui Valentiam ex Africa cum 26. alijs Regibus obsessurus venerat, iniecit, vt ad classem adorti fugerent 24. Regibus

gibus amiſſis, & maiore parte exer citus cæſſa, 20.millia aquis ſubmer ſa,dum ad claſſem ſine ordine & tre pidi ſereciperent. Viſus eſt pugnare Eques proceræ ſtaturæ, equo albo inſidens, ſiniſtra crucem, dextra enſem veluti igneum geſtans, tantam ſtragem edens in hoſtes,vt eius terrore, multi terga verterint,& fugæ ſe commiſerint. Caſtra direpta, multa præda reperta, quam cũ corpore Roderici Biuarij quod ſepulturæ tradendum in Cœnobium ſancti Petri à Cardegna, pro vt ipſe teſtamento diſpoſuerat deferebant, ſubdata Funeri occurrunt Alfonſus VI. Caſtellæ & Legionis Rex,Sanctius Aragonum, & Ramirus Nauarræ,cum vxoribus,Eluira,& Sole filiabus ipſius Roderici Biuarij cognomento Cid. Exequiæ magna ibi pompa celebratæ, eo die quatuor mille pauperes veſtiti, & mul-

to

tæ Eleemoſinæ erogatæ, pro vt ante obitum Rodericus ordinarat. Decennium Corpus eius incorruptum & integrum in humatum manſit, ſolio eburneo ſedens cunctis conſpicuum. Nec grauabor referre quæ Deus per ipſum miraculoſe operatus eſt. Cum enim die Sancti Petri innumerus populus ad Cœnobium confluxiſſet, neque poſſet Eccleſiæ anguſtia contineri, Abbati viſum extra Eccleſiam celebrari, & concionem haberi oportere, Iudęus qui ſolus in Eccleſia manſerat, temporis occaſionem, & opportunitatem nactus cæpit ſecum cogitare, Roderici Biuarij barbam à nemine viuentium contrectatam, & ſe velle, quãtumuis mortui contingere & attrectare. Accedens vt barbam apprehenderet, Rodericus Biuarius, gladium quem habebat accinctũ, ſtrinxit, & Iudæus fere timore exanima-

tus, continuo vociferans, & clamãs cecidit. Accurrunt multi eorũ qui foris erant, inueniunt Iudæum exanimem, & Rodericum Biuariũ gladiũ euaginasse. Iudæus ad se reuersus petijt baptizari Aegidius appellatus, quãdiu vixit, Cœnobio inseruiuit; sepulti sunt in Ecclesia monasterij Rodericus Biuarius magnus Dux, Ximena eius vxor, filiæ Eluira & Sol, Reginæ, Altera Sanctij Aragonum, altera Ramiri Nauarræ Regis vxor, cum Regibus maritis suis. Garcias item Ferdinandi filius Ferdinandi Gonzalez Comitis Castellæ: Petrus eius frater, cum duobus filijs. Ramirus Legionensis Rex, attestante priuilegio Henrici IIII. & Sãctia quædã Regina, & filius eius. Hi viri & fœminæ magni nominis sepulti sunt intra Ecclesiam lapideis tumulis, præter Ximenam quæ ad latus mariti iacet humata. Ducen-

cēti martyres in parte clauſtri, quæ Eccleſiæ ſubeſt, & per gradus quoſdam ad eam deſcenditur quieſcūt. Sunt & in monaſterio monumenta quædam Roderici Biuarij, ſignum ſeu vexillū, ſub quo tot victoriæ partæ, vas quoddam gemmeum: Arcula ex lignis Sethin, intra quam balſamū illi dono miſſit Soldanus Aegypti cum multis muneribus, amicitiam illius exoptans, tot virtutes in homine admiratus: ex latrūculis magneis, & gemmeis ab eodem donatis, monaſterium crucem fecit valde precioſam. Habet Cœnobium ſancti Petri hodie triginta monachos, quos alit cum multo famulitio, ſub Abbate qui præeſt, & moderatur omnia: pulchrum Templum, clauſtra & officinas denuo conſtructas, & quidquid ad egregiam ſuppellectilem facit, veſtes, ſacra vaſa, omnia nitidiſſima. Et quod præci-

puum & ante omnia dicendum, religio & obſeruantia ibi imprimis vigent, & nulli monaſterio ſancti Benedicti per Hiſpaniam, aut innocentiam morum, aut doctrinam ſi ſpectes, conceſſurum erit. Inſigni Vrbe Burgis duabus leucis, quę ſex Italica milliaria conficiunt, abeſt, opulenta, & omni rerum copia exundãte. Hic eſt ſtatus & conditio præſens huius Cœnobij, quod Deus precibus ſanctorum ducentorũ martyrum Monachorum ſemper conſeruet, & augeat, & in meliores progreſſus in dies deducat, ſicut volumus & optamus. Sed iam de vera temporis ſupputatione, quo iſti ducenti Monachi martyriũ paſſi, nonnihil dicamus.

De ratione temporis quando isti ducenti Monachi martyrium passi. Cap. XVII.

IN magno lapide, ſepulchro impoſito ducentorum Monachorum, qui in Cœnobio ſancti Petri à Cardegna pro fide Chriſti occubuerunt, Annus aſſignatur. Era 872. dies 8. Idus Auguſti, quarta feria, natalibus SS. Martyrum Iuſti & Paſtoris dicata. Era autem tempus aliquod currẽs ſignificabat, ab aliquo principio inſigni deductum, qualis habebatur Era diluuii, Nabuchodonoſoris, ab Vrbe condita, Alexandri magni, aut Diocletiani, quibus vtitur Alfonſus Rex cognomento ſapiens in ſuis tabulis aſtronomicis. Hiſpani autem Eram, ab Auguſti Imperio in Hiſpania, quod

38. annis præceſſit natiuitatē Christi, numerandi rationē ad aſſentatio nem principis iniere: vt Hebræi, qui in omnibus publicis inſtrumētis ab Alexandri magni regno numerare cæperunt, & Aegyptii ſimili adulatione, Hiſpanorum gentem imitati deuictis M. Antonio, & Cleopatra, ab ea Victoria annos ſuos numerare orſi fuere. Quæ ratio, mille ferme & quatuorcentum annos in omnibus publicis inſtrumentis tam ſacris quam profanis, apud Hiſpanos obſeruata. Primus Rex Aragonum in comitiis Valētinis Eras abrogauit: ſtatuitq. deinceps in publicis actibus, nō aliam quā natiuitatis Christi rationem ſequendam, vt quæ res omnes orbis inſignes, longo interuallo ſuperaret. idem in Comitiis Segobienſibus, Ioannes II. Caſtellæ Rex præcepit, anno 1383. Et vltimo in Luſitania anno 1415. om-

nino abolita fuit. Hæc igitur Eræ ratio & origo fuit, si igitur à supputatione Eræ 38. anni subducantur, qui residui fuerint anni erunt natiuitatis Christi. Verum nonnulli eam supputandi rationem confuderunt, Eram pro anno Christi labentis, vsurpantes, cuius rei multa exempla extant, quæ hic subiiciemus. In inscriptione crucis aureæ ab Alfonso II. cognomento casto cæptæ, & ab Angelis absolutæ, Era quæ illic assignatur 826. indubitanter non Cæsaris, sed Christi est annus. Nam alias esset 788. quo cæpit regnare Bermudus, post cuius obitũ, regnũ Alfonsus obtinuit. Et in donatione quam ipsemet Alfonsus II. Ecclesię Ouetensi S. Saluatoris, à se constructæ fecit, Era dicitur concessa 830. quæ cũ anno Christi confundi, Moralius irrefragabiliter probat. Codex præterea vetustus, qui est in Bi-

bliotheca complutensi, vbi Era assignatur 950: anno Christi eodē accidisse scribunt omnes historiographi sicut sæpe in eodē Codice fit, vt Era pro anno Christi sumatur, vt Moralius lib. 16. c. 21. in vita Ordonii recte testatur. Multa præterea publica extant instrumēta, in quibus Era Cæsaris manifeste cum anno Christi confunditur. Et ne quis nouum suspicetur, etiam Itali in eam significationem Eram transtulerunt, vt videre est inscriptione sepulchrali Innocentii secundi Papæ, Romæ apud ædem sanctæ Mariæ Transtiberim quæ sic habet.

HIC

HIC. REQVIESCVNT. VE-
NERABILIA. OSSA. SAN-
CTISSIMAE. MEMORIAE.
D. INNOCENTII. PAPAE.
II. DE. DOMO. PAPARES-
CORVM. QVI. PRAESEN-
TEM. ECCLESIAM. AD.
HONOREM. SANCTAE.
DEI. GENITRICIS. MA-
RIAE. SICVT. EST. A FVN
DAMEMTIS. SVMPTIBVS.
PROPRIIS. RENOVAVIT.
S. A. D. M. C. X L.
OBIIT. ERA. D. M. C.
XLIII.

Conſtat autem eodem Chriſti, quo Era exprimitur anno, videlicet 1143. vita defunctum, Beatiſſimum

Pa-

Papam Innocentium II. Era igitur pro anno Domini labente plerumque ſumitur, & aſſignari ſolet: ſicut & in hac inſcriptione necis ducentorum Monachorum per Arabes, vbi Era 872. pro anno Chriſti ſimili neceſſario ſufficitur. Nam ſi ratio Eræ conſtaret 38. anni demendi eſſent, ſuperfuiſſentque Chriſti. 834. qui inciderent in annum 13. Alfonſi II. cognomento Caſti. Cum autem illo anno, obſeruatione aſtronomica colligatur D. fuiſſe litteram dominicis ſuffectam, non potuerunt 8. Id. Auguſti illo anno quarta, ſed neceſſario quinta feria contingere, ſi autē Era ibidem pro anno D.ñi ſumatur, tunc quarta feria fuit 8. Id. Auguſti, & omnia conſentiunt. Annus namque ille fuit biſſeſtilis, & F. vſque ad natalem, S. Matthiæ, & E. deinceps per reliquum anni inſeruiens dominicis diebus, feria quar-

ta

ta concurrit cum 8. Id. Augusti. Et certe sola hac obseruatione satis hoc significare voluerunt hi, qui lapidem inscribendum curarunt. Ex cuius supputationis in curia, perperã 38. annis ante, Moralius, Vasæus, & plerique alij ex nostris historiographis, hallucinati, direptionem, sancti Petri à Cardegna & martyrũ SS. Monachorum assignarunt. Prætercea anno 834. pax erat cum Regibus Saracenis inita, nullum bellum; nulla excursio, ex qua ista possent oriri. Firmum ergo est per Eram hic non Cæsaris sed annum Christi 872. clarissime signi-
fi-
cari.

* * *

Quod

Quod Monachi ducenti in Cœnobio sancti Petri à Cardegna occisi veri fuerint Martyres.
Cap. XVIII.

OPponet hic aliquis, qualiter Martyres fuerunt hi Monachi, quorũ verba, nutus, aut signa, quibus fidem Christianam protestarentur, dum gladijs infidelium occubuerunt, haud nouimus, occisi sunt ab Arabibus, fatemur, sed causam prorsus ignoramus. Nullus euasit, qui præsens adesset, & nuntiare posset, quæ gesta fuere. Omnes quotquot, in ea expeditione Christiani occisi, Martyres pariter diceremus, quod ab infidelibus necem fideles subierunt. Cum autem martyres pœna non efficiat, sed causa, dubitare merito possumus, sint ne gradu

mar-

martyrum conſtituendi hi ducenti Monachi, cum pœna quidem conſtet, cauſam autem ignoremus, pro qua paſſi fuerunt. Et hæc quidem ita apparent ſi primo intuitu iudicentur. Verum penitus conſiderata, longe aliter ſe habere deprehendemus. Aut enim iſti Barbari hos ducentos monachos occiderũt, aut quia Monachi, aut quia Chriſtiani, aut quod ſectæ Machometanæ aſſentiri noluerunt, aut detraxerint ipſi Machometo, aut ſe armis hoſtibus oppoſuerint, & tandiu dimicarunt quamdiu vulneribus confoſſi ceciderint, nam citra vllum finem vel cauſam interfectos non eſt veriſimile. Quolibet horum modorũ paſſi, martyrium conſurgit, Martyres ergo fuerunt. Si enim nulla alia cauſa interceſſit, quam Chriſtianos eſſe, & ob id odio in religionem concepto, eos interemerunt, cõſtat Mar-

Martyrium illos ſubijſſe, ab infidelibus fideles, ſolum quod Chriſtiani eſſent, & non fuga eos, non aliis modis, quibus poterant ſe ſubduxerunt, ſed fortiter perſtiterunt dum Barbarus hoſtis ſuam in eis crudelitatis libidinem exercuit. Neque aliter paſſę ſunt vndecim mille Virgines cum Vrſula Britanniæ Regis filia ab Hunniis iuxta Coloniam, quam quod Chriſtianæ eſſent, has tamen vt veræ Martyres recepit & colit vniuerſalis Eccleſia. Quid ſcimus, inquies, ſi iſti ducenti Monachi, verbis proteſtati ſunt fidẽ pro qua patiebantur, & Deo ſuum agonem commendauerunt? idem argumentum fieri poſſet de Vrſula & vndecim mille Virginibus. Supponendum namque homines pios, eo in conflictu Deo ſe commendare, & victimas offerre, & auxilium mortis patienter ſuſtinendæ ab ipſo poſtula-

ſtulare, & proinde actiones pietatis numquam in ea preſſura deſerere: præſertim cum videant ea mente & animo, ab infideli hoſte impeti, quod Chriſti fidem ſectentur. Sed obijces, ergo omnes Chriſtiani qui in bello aduerſus Sarracenos, Turcas, aut Paganos, confligunt, & ibi illorum gladio interimuntur Martyres erunt? & ita innumeri Martyres vbique conſurgent, quorum tamen memorias Eccleſia non celebrat; neque illos vt Martyres vnquam agnoſcit. Pius Quintus ſanctiſsimus Pontifex, in ea ſententia erat, vt pro martyribus cenſendi eſſent, qui aduerſus Turcas pugnantes in prælio nauali prope ſinum Corinthiacū anno 1571. occubuiſſent. Tenuit aliquando Phocas Imperator illos etiam adſcribendos in numerum martyrij, qui in bello ab infidelibus hoſtibus fidei,

dei, cæsi essent. Sed huic eius studio restiterunt Orientales Episcopi, in vndecima auctoritate canonis 13. S. Basilij, & Numeri cap. 31. iubentur die tertio, & septimo lustrari homines qui hostes occidissent licet iussu Domini. Temere igitur Phocas prædicta tentauit. Dispar tamen ratio est vtrorumque, nã fideles cum infidelibus bellum gerunt, vel vt quæ amiserunt, ab ipsis extorqueant, & suis finibus arceant, aut quæ habent, patriam, domicilia, coniuges liberos, ac fortunas, tueantur, quod non tam ratio fidei, quam priuata commoda impellunt, & infideles belligerantes cum Christianis, nõ tam religionis propagandæ, quam lucrum, & dilatandi Imperij causa mouet. Quæ tamen non intercesserunt in occisione istorum ducentorum Monachorum. Vt qui nec bellum gesserunt

con-

contra Arabes, nec se defenderunt inermes enim erãt, poterãt captiui abduci, & sperare Arabes ex eis redemptionis emolumẽtũ aliquod non videntur igitur alia ratione tru cidati, quam quod Christiani essent, & legem Machometi detestarentur. Quod si occisi fuerunt vt Monachi, tanto clarior est Martyrij ratio. Si enim ex Hieronymo Flos quidam & prætiosissimus lapis inter Ecclesiastica ornamenta, Monachorum chorus est. Si Augustinus Manicheorum perfidiam impugnans, Apostolicam Monachorum vitam, eis in exemplum proponit. Quæ gloriam namque Dei in terra prædicant, & Catholicã fidem infidelibus hominibus commendabilẽ reddunt, est socialis vita fidelium, eorum præcipue, qui spreto perituri sęculi luxu, abdicatisq. a se, diuitiarum, honorum, & carnis illecebris,

S. Hierony. epist. 17.

Aug. contra Manich. c. 39

in monasteriorum claustris, voluntariæ seruitutis perpetuo se voto dedicauerunt. Si etiam monachi vita sua; veram esse Christi promissionem: & esse aliam vitā, pro qua debet hæc contemni, & aliud regnum, pro quo oportet, omnium terrenorum regnorum aduersitatem sapiētissime sustinere. Et si quodcumque bonum humanum secundum quod in Deum refertur potest esse causa martyrij vt sanctus Thomas doctissime probat. Cuiuslibet inquiens, martyrij caussa, est fidei veritas, sed ad fidei veritatem non solum pertinet ipsa credulitas, sed etiam exterior protestatio; quæ quidem fit, nō solum per verba, sed etiam per facta, quibus aliquis se habere fidem ostendit. Et ideo omnia virtutum opera, secundum quod referuntur in Deum, sunt quædam protestationes fidei, per quam nobis innotescit

S.Thom.2.2. q.124. art.5.

quod

quod Deus huiusmodi opera à nobis requirit, & pro eis remunerat; & secundum hoc possunt esse martyrii causa, vnde Ioannis Baptistæ martyrium in Ecclesia celebratur, qui non pro neganda fide, sed pro reprehensione adulterij mortem sustinuit, Hucusque sanctus Thomas. Vnde iuxta doctoris Angelici sententiam martyr erit, qui pro prædicanda veritate Euangelicæ doctrinæ, pro defendēda pudicitia, & pro alijs similiter virtutibus mortem tolerarit, monachatus autem, maxime apud infideles Catholicam fidem commendat, cuius vita hæreticis in exemplum proponitur, & est quasi testimoniū legis, & perfectionis Euangelicæ, quis inquam dubitabit, non esse quandam protestationem fidei, & causam sufficientē martyrij. Profectò, sancta & Catholica Ecclesia, omnes monachos à

perſequutoribus occiſſos, vt marty-
res veneratur. ſic celebrat natale
ſancti Placidi & ſociorum eius, &
30. martyrum monachorum in mō-
te Syna, & aliorum plurium Palęſti-
næ in Laura S. Sabbæ, omnes hi à
Saracenis, ſicut & martyres noſtri
occiſi. Et in Gallia celebris eſt paſ-
ſio 500. monachorū ab eiſdem bar-
baris, Galliam ingredientibus, no-
minis Chriſtiani impugnandi gra-
tia, & eam ſuo imperio ſubiugandi.
Celebrat etiam feſtum 350. Mona-
chorum, ab hæreticis: & 900. Mona
chorum, qni vna die teſte Bernardo
à pyratis occiſſi fuere, imo & nata-
le S. Agiulphi & ſociorum eius, qui
à pſeudo Chriſtianis martyrio affe-
cti ſunt, ea ſola ratione, quia iuſti
erant, & perfectionem ſeruabāt mo-
naſticam. Hos Dei ſeruos, & di-
ſcipulos, vt ait Gregorius Theo-
logus, & cæleſtium rerum contem-

Bernar. in vita Malach.

Nazianz. in orat. 1. in Iulianum.

pla-

platores, has gregis domini primitias, has columnas, has fidei coronas Iulianus Apoſtata, has Valẽtis furor, has Leonis Armenij rabies, has impijſſimus Cõſtãtinus Copronicus, hos Abdalla, hos Vnericus Balatius, Blemij, & nunc hæretica exoſos habet perfidia, & tamquam infeſtiſſimos inſectatur hoſtes, & tota in ordine monaſtico delenda incũbit. Nec Tyranni iſti, has dei mitiſſimas oues perſequebantur, & perſequuntur, quia credant, corporeis armis ſibi aduerſentur, aut impedimẽto fore quo minus terrã imperio ſuo ſubijciant, aut ferro & igni vaſtarent. Experimento namque didicerant, gentem eſſe humilem, & bonorum temporalium contemptricem. Ideo tamen illos perſequebantur, & vita priuabant, quia ferre non poterant, tam apertum, & lucidiſſimum Chriſtianæ fidei, & illius perfectionis te-

ſtimonium. Martyrium igitur cuilibet actui virtutis, cum vis à Tyrannis infertur, reſpondet. Vt ſi quis occidatur pro prædicatione veritatis, ſicut Ioannes Baptiſta ab Herode pro repræhenſione adulterij. Pro libertate & Iuribus Eccleſiæ ſicut Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus. Pro tuẽda pudicitia, vt ſanctus Pelagius, & multæ Virgines, quæ potius mori, quam fædari, ſunt paſſæ. Hinc Lucia Virgo Syracuſana, ad Aſpaſium Vrbis Præfectum, qui minabatur ad lupanar eam duci facere, reſpondit; ſi me inuitam violari feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam, quod ſciret, tã pro Chriſti confeſſione, quam pro pudicitia defenſa mori, coronam martyrij obtineri; ſimiliter, ſi quis nullo alio titulo, quam quod Chriſtianus ſit occidatur, aut quod monachatum profiteatur, manifeſta eſt

causa martyrij, quod monachatus, sit quoddam specimen, & opus virtutis in Deum relatum, & protestatio fidei manifesta. Si igitur occidi ea sola ratione, quod Christianus aliquis sit, martyr efficietur, multo amplius, si vt monachus, vtrumque enim complectitur monachatus, & pietatem Christianam, & viam ad perfectionem Euangelicam. Duabus igitur de causis, & quod Christiani essent, & Monachi ab Infidelibus occisi, martyrij videntur palmam lucrati, nec locum restare ambigendi vllũ: quin eis victoriæ triũphus, à sacro senatu Apostolico sicut in cælo, ita & in terris concedatur, seu potius declaretur. Sed videamus si verba, aut signa aliqua, ex isto certamine colligantur, quæ beati isti martyres protulerunt, vt martyrium expressius Iudicetur.

Si fuerint actus aut verba aliqua ducentorum Monachorum Martyrium comprobantia. Cap. XIX.

TRia præcipue mouere potuerunt Hismaelitas, illos ad necem inferendã ducentis monachis sancti Petri à Cardegna, aut quod Christiani essent, aut monachi, aut vtrũque, de quibus diximus, quod sensimus. Hæc autem ad Barbaros illos spectant, qui innocentes sustulerunt. Superest tertium examinare quid ex parte sua monachi præstiterint, quæ verba, qui actus, nutus, aut signa, quæ constantia intercesserint, vt eorum martyrium clarius comprobetur. Non autem est dubium, quin actus pietatis & verba Dei subsidium implorantia effuderint, dum viderent, mortem imminere,

& Bar-

& Barbaros illos diſtrictis gladijs, in ipſos irruere, alias vt ſaxa quædã & trunci iacuiſſent, nulla habita ratione fidei, & monachatus, quem profitebantur. Et ſi ex noſtris nullus interfuit, qui referre poſtea poſſet rem vt punctim geſta eſt, hoſtilis exercitus adfuit, interfectores, à quibus reſciri poſſet ſeries martyrij, & à narrantibus cuncta excipi quæ acciderunt. Hinc credo innotuit, adloquutio Stephani Sanctij Abbatis ad milites Christi ducentos monachos, qui paſſi ſunt, confirmatio, & roboratio, & cõuentus ad ſupplicationes in clauſtro: vbi ſemel interfecti fuerunt. Nam alias non potuerunt hæc reſciri. Multa igitur tunc conſtabant, quæ iniuria temporum poſtea perierunt, præſertim Prouincia bellis implicita, & nulla quiete ab hoſtibus data, & hominibus ad ſalutem & tuendum ſuos fines,

nes, vbique intentis, non literis, non commentarijs conſcribendis vllus erat locus relictus: & ita iſtorum du centorum Monachorum geſta quæ habebantur, omnino perijſſe cēſen dum. Hæc fuit communis querela piorum, multa monumenta martyrum perijſſe, quæ tamen Deus cōſeruat in Cœlo, in libro vitę deſcripta. Hinc Prudentius geſta ſan ctorum martyrum Emetherij & Celedonij deperdita fuiſſe, eorum hymno deplorat. Sed Deus piiſſimus qui in ſanctis ſuis ſolet eſſe mirabilis: Catholicorum qui tunc erant, animos excitauit, vt ingentem lapidem inſcriberent, & ſepulchro ipſorum imponerent, ne tantæ rei memoriam vetuſtas poſſet temporum abolere, hoc idem atteſtatur inſcriptio illa tot retro annis, in ambitu clauſtri delineata quæ ſanctos iſtos monachos & martyres appellat.

Clau-

Clauſtri prætèrea conſecratio huic rei multum fauere videtur. Antiquitus enim Eccleſias, aut alia religioſa loca, ſine ſanctorum martyrũ reliquiis non eſſe ſolitas conſecrari demonſtrat Gregorius, C. Arianorum, & facit C. non oportet de conſecratione diſt. 1. & patet ex ordine Romano in conſecrationibus ſeruato. Neque parui momenti eſt, generalis, & antiqua totius Hiſpaniæ chronica & tot tantorumque hiſtoriographorum communis conſenſus, & concordia, qua ab omnibus, & vicinis & remotis populis, iſti. B. Monachi vt Martyres venerantur. Quid de antiqua traditione & fama tot teſtium numero, & omni exceptione maiorum comprobata? Quid denique de illa veneratione, qua plures Hiſpaniarum Eccleſiæ, Martyres iſtos coluerunt, & eorum natalitium feſtum diuinis officijs ce

lebra

lebrarunt? Sed quid in hoc immoramur, cũ habeamus teſtimonium Dei, quod maius eſt: qui celebri miraculo hanc rei veritatem manifeſtare & confirmare dignatus eſt. Singulis namque annis, 8. Idus Augusti, quo ipſi martyrio affecti, vſq. ad auorum noſtrorum fere tempora, in loco vbi ſacra corpora dormiunt, pauimentum ſanguine intinctum apparebat: euidentiſſimũ martyrii ſignum, quod omnem hęſitationem proculdubio excludit, diuino numine illuſtrante. Perueтuſtum præterea fuiſſe morem in Eccleſia Catholica, vt nullus: nec martyr quidem, abſque aliqua præuia diſcuſſione, & approbatione, inter ſanctos recenſeretur, quos pietas Chriſtiana more maiorum colere cõſueuit. Quod enim ad martyres ſpectat, eſt de ea re egregius locus Optati Mileuitani lib. 1. aduerſus Parmenio-

menionem, vbi nefas dicit, martyris alicuius reliquias venerari, qui nõ esset vindicatus & probatus; Moris enim erat, vt cum aliquis martyrio occubuisset, ab Episcopo Viciniori res diligenter examinaretur, & si clare constabat, in Catalogum martyrum redigebatur, sin minus ad Primatem deferebatur, cuius iudicio & decreto oĩa definitionẽ subiebat. Cũ autẽ martyrio affecti fuerunt isti ducenti monachi, iudicio vicinioris Episcopi, & forsam Primatis subiacuerunt, secundum consuetudinem, & morem receptum in tota Catholica Ecclesia, neque aliter pro martyribus admitterent, & officium diuinũ & preces sacras de ipsis recitarent, admisserunt autẽ & officium diuinum in Breuiarijs multarum Ecclesiarum habuerunt, ergo exploratum, & compertum diligentia non vulgari adhibita fuit; il-

los vere fuiſſe martyres. neq. enim ſine prudentia & maturo conſilio in re adeo graui,& tanti momenti proceſiſſe illos religioſos patres iudicandum eſt; & multa illis tunc innotuiſſe credendum,quæ poſteros omnino latuerunt. Colligamus igitur Barbaros immanes illos aut ducentos hos monachos occidiſſe, aut quia Chriſtiani erant, aut quia monachi, aut quia verbis, quod magis credo,cõuicia in Machometum regererent,aut deteſtantur eius ſectã, quod erat lege eorum capitale: & hanc exiſtimo pręcipuam fuiſſe cauſam Barbaris ſæuiẽdi in monachos & trucidandi martyres Chriſti. Inopinabile namque exiſtit,ipſos monachos voluiſſe reſiſtere, & viribus, & armis carnalibus ſe tueri, inermes contra armatos, imbelles contra fortes, pauci contra tantos, vbi neque ratio aut prudentia ſuadebant

bant certamen, neq. finis alius quã mors ſperabatur, neque erat vllum effugium euadendi. Sed ipſi ſe expoſuerunt mites victimas, ſicut oues manſuetæ ductæ ad occiſionem, corpora ſua ictibus & libidini, & immanitati ferientium offerentes: & conſeruantes tẽpla corporea quæ Tyrãnus euerteret, & viam æternitatis ſterneret animabus.

Superius namque docuimus tria capitalia eſſe Chriſtianis, qui cum Mahometanis cohabitabant, ingredi eorum fana, deteſtari eorum fana, deteſtari eorum pſeudo Prophetam, aut eius Alchoranum, non ſectari ſuam legem, eum qui ex altero parente, aut vtroque Saraceno eſſet natus. Cetera quæ ad religionẽ ſpectant, vel conuictũ humanũ, dum iniuria abeſſet impune fiebãt.

Conſequitur ergo inde, ducẽtos hos Monachos, occiſos ab Agarenis

nis fuisse,non tam quod Christiani aut monachi essent, sed quia Christi legem profitendo Machometi sectæ detraxerint. Quod capitale vtique illis habebatur, & nece hanc legem,transgredientes plectebantur. Nam quid aliud, quæso, permouere poterat gentem illiberalis animi, & pecuniarum auidissimam, vt ducentos captiuos perderent, redemptionis ipsorum pretium amitterēt, aut certe permutationem pro totidem suorum,qui in potestate Christianorum erant, præsertim cum nihil præclari in ea expeditione egissent,quod possent triumpho Cordubensibus ostentare. Viui seruati vtiles erant, mortui nihil illis emolumenti conferebant. Seruassent profecto si se à conuicijs in Machometum,& eius Alchoranum temperassent & voluisse illos sponte pati, vt martyrii palmam ita adipiscerētur.


Ni-

Nihil enim illis gloriosius offerri poterat, quã Christianũ quempiã à religione sua deturbatum, in Machometi sectam transferre; & Monachum præcipue, quem sciebant, maiori obseruantia & vitæ puritate commendari. Hac igitur ratione processisse Tyrannos aduersus hos ducentos Monachos, famulos Christi, vt blanditiis eos primum emollire, deinde minis tentasse; & cum neutro proficerent, constanterque resisterent, & inter professionem fidei, Mahometanam sectam damnassent, Barbari vt iniuria illis summa erogata, & zelo legis suæ permoti, in ipsos continuo irruerunt, & sæuissime trucidarũt. Quod Deus ita fuisse ostendit, signo cœlitus quotannis adhibito, in ipso die sui Martyrij.

Quod si quis obijciat, non fuisse istos ducentos Monachos occissos,

aut quia Christiani, aut Monachi, aut quia sectæ Mahometicæ detra xissent, sed solum studio deprædandi, quæ in Cœnobio reperta. At quale impedimentum esse poterāt Monachi, qui nec se, nec sua protegere quibant, & liberum erat illis, quidquid placuisset arripere, si sua tuerentur, & cum illis ob prædā arripiendam pugnarēt, sed hoc alienum à prudentia, alienum ab illorum modestia & religione fuit. Sed qualiter tot Monachos vnum solum Cœnobium aluerint dicamus.

Fuerint ne ducenti Monachi eiusdem Cœnobij incolæ.
Cap. XX.



Vnt qui crediderint hos ducentos Monachos nō fuisse incolas Cœnobij sancti Petri à Cardegna, sed ex pluribus Monasteriis illuc confugisse, vt rebus suis consulerent, & tutiori se loco, & munitiori continerent, & illic ita congregatos, Agareni adorti Martyrio affecisse. Nam durum illis creditu videtur, vnum Cœnobium tot Monachos continuisse, & aluisse etiam. Verum omnes hos ducentos Monachos, habitatores & incolas huius Cœnobij fuisse, & ab ipso alitos, ostendemus. Olim namque cum vita monastica tempore S. Patris Benedicti incipiebat florere, com-

mune erat Cœnobia reperiri, centum, ducentorum, & tercentorum, etiam Monachorum, quæ eadem hodie vix sufficiunt alere, decem, viginti, vel triginta, Monachos, vel paulo plures, quod eo tempore parco victu, & humiliori domicilio vitam transigebant, pauci erant sacerdotes, numerosi laici, qui manibus laborantes, victum sibi & sacerdotibus, qui diuinis officijs vacabant, comparabant. Quod si aliquos Ecclesijs monasterio subiectis foris seruire contigit, ad suã domum reuersi, vt pecora ad caulã, quo impetum hostium constantius & concordius sustinerent. Nam ex alienis Cœnobiis Monachos ad S. Petri Monasterium confluxisse non videtur verisimile, nam remotiora, & interiora peterent, vt vitã seruarent, non propinquiora adirent, & viciniora hostili exercitui,

nisi Martyrio sponte se voluissent exponere, & certamen adeuntes expetere. Sed hoc multa sunt quæ dissuadeant testimonia asserentia, omnes ducentos fuisse incolas & habitatores Cœnobij sancti Petri à Cardegna. Breuiarium namque vetustissimum, quod inibi asseruatur, ducentos Monachos habitatores & incolas conuentus esse asserit. Idem Henricus IIII. Castellæ Rex in priuilegio Cœnobio indulto, idem inscriptio claustri testatur. Constans ergo est, in illo Monasterio, hos ducentos monachos habitasse, vbi passi fuere.

Sed dubium nouum consurgit, fuerintne plures aut pauciores quã ducentos, vt neque istum exactum numerum præterirent, aut infra minorem consisterent. Sæpissime in scripturis, & communi loquẽdi mõdo absolutus numerus ponitur in

magnis supputationibus absq; veritatis corruptione; & ita Augustinus disputans illam difficillimam quæstionem, quæ Theologorum ingenia exercere solet, quomodo cō cilientur loca illa Genesis 15. peregrinum erit semen tuū in terra non sua, & seruire facient illos quadringentis annis; & illud Exodi 12. Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Ait Augustinus post multa. Non mirum est, si quadringētos & quinque annos summa solida voluit appellare scriptura, quadringentos, quæ solet tempora ita nuncupare, vt quod de sūma perfectionis paululum excrescit, aut infra est, non computetur. Et alibi idem Augustinus, intelligendum est, inquit, hoc Deum dixisse, cum circa finem super illud Genesis. Erūt dies eorum

Augustinus q. 47. super Exodum.

August. lib. 15. de ciuit. Dei. cap. 24.

cen

centum viginti anni, dum quingentorum annorum esset Noe, idest, quadringentos octoginta annos vitæ ageret. Quos more suo scriptura quingẽtos vocat, nomine totius maximam partẽ plerumque significãs. Aliis exemplis hoc idem confirmari potest. Dicitur enim Iudicum 9. quod Abimelech occidit triginta fratres suos filios Ieroboal, & tamẽ huic numero defuit ipsemet crudelis fratricida, & frater minimus Ioathan, atque ita solum viginti octo occidit fratres. Sed & Matthæus & Matth. 15. Marcus absolute dicunt, Christum Marc. 8. in deserto ex illis quinque panibus & duobus piscibus, quinque millia saturasse hominum: Cum Ioannes Lucæ 9. & Lucas, fere vel quasi quinque mil Ioan. 8. lia fuisse, affirment. Et nos vere dicimus vndecim millia Virginum passas cum Sancta Vrsula fuisse, & decem millia martyrum cum sancto

Zenone, & ſeptuaginta Interpretes cum fuerint ſeptuagintaduo. Licet numerus numeratus aliquot vnitates ſupra numerum numerantē habeat, aut ab illo, in aliquibus cadat. Atque ita de numero noſtrorū martyrum enunciandū eſt, ſiue quatuor vel quinque plures aut pauciores fuiſſent vt 196. aut 204. vel 205. abſque vlla falſitate ducentos dici poſsent, articularem aliquem numerum, vt Mathematici appellare ſolent, ſimplicis ſpeciei, addentes, vel ſubtrahentes. Verum credimus fideles Chriſtianos, qui eos ſepelierunt diligenter numeraſſe, & ita certum & præciſum numerum in lapide, pro vt repererāt, inſcripſiſſe. Sed ad miraculum veniamus quod ſuper illorum quotannis die ſui martyrij ſepulchrum Deus operatur.

De miraculo die Martyrij ducentorum Monachorum fieri solito.

Cap. XXI.



Ignum,& miraculũ, quod Deus quotannis ostendebat ipso die martyrij Sãctorum ducentorum Monachorum 8. Idus Augusti, in claustro Cœnobij sancti Petri à Cardegna, vbi fuerunt sepulti, pauimento colorem sanguineum referente: ab ipsorum cæde, vsque ad tẽpora Hẽrici IIII. Castellæ Regis perdurauit: cuius soror Helisabetha fuit Ferdinandi V. Catholici Regis vxor, qui Regno Granatensi expugnato, Agarenos tota prorsus Hispania expulit. Hic namque in priuilegio Cœnobio S. Petri à Cardegna indulto Deũ asserit quotannis in die sui martyrij miraculum hoc edere, non exclu-

cludens tempus vllum præteritum, sed ad suam vsque ætatem continuatum. Itaque à tempore martyrij istorum ducentorum monachorum vsque ad Henricum IIII. miraculum perdurasse comprobatur. Desijt tādem, cum eorum sanguine vindictā clamante, Deus in tota illos Hispania deleuit, supplicio sumpto de tot martyribus, per ipsos crudeliter interfectis. Sexcentis namque annis ab ipsorum martyrio excursis, vindictam de Agarenis Deus exegit, cū multis ante prælijs eosdem, effuderit, supplicium & pœnas condignas luentes, & tot malefactorum & scelerum, quæ in Christianos immanissime admiserant. Neque vno hoc miraculo, sanctos suos martyres Deus voluit honorare, sed frequentia ad eorum sepulchrum fieri consueuerunt, vt antiqua Chronica Hispaniæ testatur, ab Alfonso XI. Re-

ge

ge, cognomento ſapiente, ex vetuſtis monumentis collecta, quæ notiſſima illis, ignota noſtris temporibus ſignanter & ſpeciatim fuerunt. Bella namque cum Agarenis aſſidua, hoſtium continui inſultus, telorum ſtrepitus, nihil aliud quam de armis excogitare ſinebat: nulla reſpirandi mora, nullo otio litteris, aut ſcribendo relicto, non tam calamo, quã lanceæ clari viri, toti incubuerunt. Hinc inſignia tot monumenta, ſilentio præterita, tot res præclaræ geſtæ obliuione perierunt. Sed cur adeo inſigne miraculum, quod quot annis fiebat ad ſepulchrum martyrũ, noſtra ætate ceſſauit, & ſanctorum teſtimonio defuit, & eo præcipue tẽpore illos videtur deſtituiſſe, quando magis pro eorumdem commendatione iudicabatur neceſſarium Verum hæc ad Dei voluntatem & arcanum iudicium ſpectant, & non

eſt

est exigenda ratio à Deo, cur vno tē
pore miracula ad commendationē
suorum sanctorum ædat, altero ve-
ro non; incomprehensibilia namq.
sunt iudicia eius, & inuestigabiles
viæ ipsius, vt Apostolus ait, & Re-
gius Propheta, iudicia Dei abyssus
Rom. 11. Psal. 35. multa. Quis enim cognonit sensum
Domini, aut consiliarius eius fuit?
Deus namque præcipuus est auctor
miraculorum, sancti autem sicut in-
strumenta & organa, quibus Deus
vtitur ad manifestandam ipsorū glo
riam. Nam in corporibus sanctorū
non est aliqua virtus, vel forma in-
hærēs, qua miracula fiant, sed Deus
pro arbitrio vtitur illis atque instru
mento ad patrādum mirabilia, quā-
do vult. Hinc est quod multi sancti
plura miracula, alij pauca, & quidā
etiam nulla faciant. vt Ioannes Ba-
ptista, qui tradente sancto Thoma
Psal. 65. nullum miraculum fecit, vt omnes
Chri-

Christo intenderent Deus glorioſus mirabilis in ſanctis ſuis, miracula auget & minuit, & quandoque omnino ſubtrahit, ob cauſas ſibi bene viſas. Multa namque miracula ad ſanctorum ſepulchra olim fieri ſolebant, quæ ceſſaſſe, non ſolum ex lectione librorum, ſed experimento deprehendimus. Pontus Euxinus in die natalis S. Clementis I. Papæ & Martyris. 7. milliaribus à littore ſe retrahebat, vt viam præberet fidelibus, ſepulchrum eius adeundi, quod intra gurgites ex marmore Angelicæ manus conſtruxerant. Cumque multis annis hoc miraculum contigiſſet: tandem Deo ita volente ceſſauit. Cordubæ iuxta ſepulchrum ſanctorum martyrũ Aſciſcli & Victoriæ XV. Kal. Decembr. quo die Martyrium paſſi ſunt, ob cõmendationem pretioſæ mortis eorum, roſæ, diuinitus ortæ colligebãtur,

tur, vt Vsuardus, Ado, & Equilinus Episcopus in suis Martyrologijs testantur, & tamen hoc multis retro annis non visitur. Ex ossibus sancti Laurentij presbyteri Nouaræ, medicus liquor manare consueuerat, sicut ex sepulchro S. Andreę Apostoli Amalphi oleũ seu manna: vtrũq. tamen nostra tempestate defecit. Et idem accidit de hoc celeberrimo & admirabili signo, ad sepulchrũ istorum martyrum fieri solito: cessauit namque. Quæ fuerit causa, Deus scit. Nam cũ huiusmodi signa fiãt ob manifestationem veritatis, & cõmendationem sanctorum: vt quod deerat testimonijs humanis, suppleretur diuinis, satis hoc multis annis demonstratum, nec indigebat vlterius insinuari, tum ob peccata populi, tum quia vilescunt miracula frequentia. Iustissimis igitur de causis Deus continuit istud miraculum

nobis

nobis tamē ſpeciatim ignotis. Hinc nulli oculati teſtes eſſe potuerunt, quod illorum tempora miraculum anteceſſerit, teſtari tamen potuerūt de publica voce, & fama, ac traditione à maioribus accepta, & quaſi per manus vſque ad illos deducta. Ceſſare autem miracula, aut continua ſerię prorogari diuina eſt diſpēſatio, & arcanum Dei iudicium. Solebat tempore Gothorum in Hiſpania Vrbe Oſſet, vel Iulia conſtantia prope Hiſpalim, ſabbato ſancto piſcina quædam aqua diuinitus repleri, qua baptizarentur infantes, vt Gregorius Turonenſis (de gloria Martyrum cap. 23.) teſtatur: & alia ſimilis in Siciliam extabat. Iſidoro Hiſpalenſi tradente, qui inducit epiſtolam Paſchaſii, hæc eadē ad Leonem primum Papam referentis, lib. de Viris Illuſtribus, & hæc quidem vtrobique defuere. Alia contrario


aſſi-

aſſidua ſunt, neque vllam permuta tionem aut variationem ſuſceperũt vt eſt illud inſigne miraculũ quod fit Cranganoræ, quotannis octauo die Paſchæ, cum legitur Euangeliũ S. Thomæ Apoſtoli manum in vulnus Chriſti, & digitos infixuras clauorum immittentis, ſudat copioſe ſanguinem, lapis, ſuper quem fuit occiſſus. Sanguis concretus colore cinereo, ampulla incluſus ſancti Ianuarii Epiſcopi & martyris ad occurſum capitis ipſius liqueſcit, & in purpureum tranſit colorẽ, quod ſingulis annis Neapoli eſt videre. Apud Aragonenſes in cacumine mõtis Fragæ proximo, ædes ſacra eſt ſancti Saluatori dicata, intra quam dolium ſeruatur, ſex amphorarum capax, perpetuo oleum emanans, cunctis languẽtibus ſalutare, cuius tamen origo ignota, effectus euidẽs eſt, & cunctis qui illuc pergunt notiſſimus.

illic

ſimus. Cum enim ego Romam veniens illuc tranſirem, poſtquam miſſam celebraſſem, vt eram ſacris veſtibus indutus ferme horam vnam, miraculum contemplatus & oleum ex internis lateribus perpetuo ſcaturire, manifeſte conſpexi. Vocatur locus ille vulgo ſanctus Saluator de Fraga: Monaſterium hodie Trinitariorum. Cur autem iſta miracula perſeuerent, alia interciderint, conſilium eſt diuinum inſcrutabile, nobis tamen omnino occultum. Sed ad publica inſtrumenta, quibus hoc ducentorum martyrum Monachorum comprobatur miraculum veniamus.

De testimonijs & historiographis martyrium ducentorum Martyrum attestantibus.
Cap. XXII.



Ispana gens belligera, tã-tum studuit armis, quantum abfuit aliteris, non enim commode potest incumbi vtrique, sed sagum militare, togam excludit. Vnde res præclaras egisse, contenti, ad posteritatem scriptis transmittere renuerunt. Hinc antiquis historiaphis destituimur, qui gloriosa gesta nostra celebrarent? vnus aut alter vetustus vix nobis contigit. Fuerunt veteres exteri, qui nostra obiter & incidenter suis scriptis attexuerunt: sed ex quibus solidum aliquid & integrum petere nequeamus, à nostratibus igitur res mutuã

dæ.

dæ. Celebris chronica generalis Hiſpaniæ eſt,quam ex multis vetuſtis monumentis Rex Alfonſus X. cognomento ſapiens, ab hinc 330. annis colligit,& in vnum corpus cõcinnauit. Si annos numeres, quibus vixit, pauci ſunt, ſi autem qui retro præterierunt,& à quibus excepit,& ſuam hiſtoriam deduxit,multi: & pluribus ſeculis ſua hiſtoria tempora iſtorum ducentorum martyrum antecedit. Quæ ſanctos iſtos Monachos martyres fuiſſe,& in Monaſterio ſancti Petri à Cardegna ſepultos affirmat. Ceteri Auctores quos antea cap. 16. citauimus, licet recentiores extiterint, graues tamẽ fuerunt & docti, & in inueſtiganda veritate hiſtoriæ,tenebris etiam lõgiſſimi temporis obſcurata, diligentiſſimi:& ſtudioſiſſimi, tantoque numero,vt merito præferre debuiſsẽt, vni vel duobus antiquis cum non

reperiatur aliquid, quod eorumdē ſcriptis aduerſetur, & omnia conſo-nā & conſtantia exiſtant, non eſt cur fides eis abroganda ſit. Sanctus autem Eulogius non potuit, ſicut fecit de Martyribus Cordubenſibus, de iſtis ducentis Monachis hiſtoriam ſcribere, qui capite fuerat trūcatus anno 858. V. Idus Martij, quatuordecim annis, antequā Monachi iſti ducenti Martyrio affecti. Quod vero Lucius Marineus Siculus, qui res Hiſpanicas ex profeſſo deſcripſit, nihil de iſtis Sanctis refe rat. Nihil mirum. Multa enim ſunt quæ ad eius notitiam non peruenerunt, maxime cum exterus, Siculus inquam fuiſſet, & multa ſcitu digniſſima, in ſcriptis ſuis prætermiſſit. Non eſſe autem hos ſanctos Monachos in Martyrologio Romano deſcriptos argumentum inde non ſumitur, eorum martyrio dero-

gari

gari: non enim omnes sancti Martyres & Confessores signanter numerati sunt, ipsi namque Martyres vt ait Gregorius, Deo numerabiles nobis super arenam multiplicati sunt, quia quot sint à nobis comprehendi non possunt: nouit tamen illos qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat. Temporibus namque Ioannis Papæ XXII. ex Annalibus & Registris, ac Archiuijs summorum Pontificum, reperti sunt de ordine sancti Benedicti sanctorum Catalogo inserti, quindecim millia quingenti quinquaginta nouem: vt Trithemius lib. 1. de viris Illustribus ordinis sancti Benedicti, cap. 4. & Leo Marsicanus, Episcopus Ostiensis lib. 1. historiæ Cassinensis testantur. Quota autem istorum pars reposita est in Martyrologio Romano? puto vix centesima. In Anglia item


Gregorius hom. 27.

Metropoli Cantuarienſi, irruentibus Barbaris, decem millia canonicorum regularium, qui ad Generale capitulum conuenerant in Eccleſia Archiepiſcopali ſancti Saluatoris pro Chriſti fide Martyrio coronati ſunt: eorumque feſtum Kalendis Maij agitur Anaſtaſio bibliothecario, Ioanne de Nigraualle, & Ioanne Trullo tradentibus. & tamen Martyrologio Romano haud inſeruntur. Innumerabiles præterea Martyres fuere, quorum quidã Martyrologio Romano deſcripti, plurimi alij prætermiſſi, vel quod latuerint nomenclatori, vel ſolertia non tamen adhibita, quæ potuerit cunctos exacte complecti. Sed interim obiecta quædam diluamus.

Ioãnes Trullus lib. 1. de ord. can. reg. cap. 6.

Obe-

Obiecta, quædam diluuntur.
Cap. XXIII.


OBijciet quiſpiam in lapide antiquo, Sepulchro ducentorum Monachorum impoſito, nihil de Martyrio commemorari, ſed tantũ de grege domini ducentos Monachos per Regem Zapham occiſſos, quod non debuerat, tamquam inſignius prætermitti. Verum tantumdẽ eſt dicere, de grege Domini aliquem occidi, quantumdem Martyrio affici. Grex enim in ſacris literis, ouium congregationem ſignificat, oues autem electos dicit ſignificare Auguſtinus. Nam Matth. 25. dicitur, quod ſeparabit oues ab hædis, id eſt, electos à reprobis, & Lucæ 12. Nolite timere puſillus grex, id

Auguſt. tract. 48. in Ioannẽ

id est electi, Apostoli itidem sic vocati Matth. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. & 26. Dominus interpraetatur de ijsdem illud Zachariae 13. Percutiam pastorem, & dispergetur oues gregis. Si vero aut gregi, aut ouibus, nomē aliquod adiungatur, persequutionem, passionem, aut occissionem designans, de martyribus speciatim intelligendum venit. Vnde Augustinus illud psalmi 78. Nos autem populus tuus, & oues pascuae tuae, Voces dicit esse martyrum. Et subdit oues pascuae tuae, oues gregis tui, quas persequendo, illi crediderunt se posse consumere. Et Hieronymus in titulum Psalmi 43. intelligit pro maiori parte esse clamores & voces martyrū, & alibi, propter te mortificamur tota die, aestimati sumus, sicut oues occisionis, Psalmo 43. Vbi Cassidorus, propter te, ait,

Augustinus Psal. 78.

sit, quia non moriebantur pro aliquo facinore perpetrato, sicut oues ouis namque non habet arma, non cornu ualet, non dēte cōtendit, aut fuga præsumit: sed manibus latronis patienter acquiescit, dum nulla se reluctatione defendit. Ita famuli Christi sicut grex, & oues æstimati sunt mori, quoniam sine contentione aliqua videbantur occidi.

Cum igitur grex oues significet, & oues electos, & ex adiunctis martyres, sensus inscriptionis lapidis clàre constat, per Regem Zafam inimicum & perseq uutorem nominis Christi, ducentos monachos de grege Domini fuisse occissos dei electos, mansuetissimas oues, à crudelissimo lupo, sicut oues occisionis æstimatas fuisse, eo solū quod de grege Domini essent, quod vocē Christi Pastoris sui audiebant, & eundē relictis omnibus sequebātur. Quod

nihil

nihil aliud ſonat, quam paſsos fuiſ
ſe pro Chriſto, & ſic martyrii pal-
ma inſignitos. In eundem igitur ſen
ſum redit, dicere à Tyranno hoſte
nominis Chriſti ducentos Mona-
chos de grege domini fuiſse occiſos
atque ſi diceretur, martyrio affe-
ctos, per Synedochem igitur & An-
tonomaſiam, de grege domini dicũ
tur, quod pietatem Chriſti, mona-
chatum, & virtutem conſtantiæ ſpe
ciatim ſupra alios fuerint tunc viuẽ
tes fideles, ſectati. Cuius rei teſtis
publicus lapis eſt vetuſtiſſimus, Go
thicis literis inſcriptus. Habent nã-
que lapidum antiquorũ inſcriptio-
nes, vicem publici inſtrumẽti apud
quæcumque tribunalia, & fidem fa
ciunt incorruptam. Adliſa eſt & va
ſtata à fundamentis Cardegna, in
odium Chriſtiani nominis, non arx
aliqua, non monumentum, quod
poſset hoſtes offendere, vel redeũ-
tes

tes impedire, ſed monaſterium vbi vigebat diuinus cultus, diſciplina monaſtica, ſchola virtutum: haud dignum tam crudeli & immani vaſtatione perire,& à ſacrilegis violari. Si igitur ruinæ tẽpli & Cœnobij materialis atteſtantur pro Chriſto demolitionem paſsę, quanto potius templa ſpiritualia idem profitebuntur, pro religione Chriſtiana tuenda, corporum ſuorum iacturam ſpõte feciſse.

Obijciet deinde aliquis. ſi iſti cc. Monachi martyres fuerunt, quare non in Eccleſia ſepulti, quare non illis martyrij honos delatus, vt intra tumulos ſublimes conderentur? Sed negleſto potius loco intra terram, Vulgaribus hominibus ſepulchro communi? Facile iſta diluuntur, ſi conſideremus Barbaros illos templum demolitos, neque ſuperfuiſſę aliquid præter ruinas, & lapidum

dum aceruos, relictam fuiſſe illam partem clauſtri integram vbi occiſi fuere: quæ viſa fidelibus poſt Templum ſacratior. Commode igitur quo iacuerunt loco, eodem reponẽdos curarunt, & quem ſuo ſanguine imbuerant, corporibus ſuis ſepultis conſecrarent. In Cœnobiis prætere a clauſtrum Eccleſiæ portio cenſetur, in quo ſilentium à monachis ſeruatur, ob mortuos qui in ipſis quieſcunt. Deficiente igitur Templo & vigente Agarenorum incurſu, recte eorum corpora in clauſtro tumularunt fideles, vt cineres ibi in nouiſſimam diem ſeruati, reſurgerent, corporum præmium ſuſcepturi.

Obijcietur præterea. ſi iſti C C. Monachi pro Chriſto martyriũ fuiſſent perpeſſi, Deus aliquo miraculo, vel miraculis, aut ſignis eos manifeſtaſſet mundo, & eos haud 722. annis occuluiſſet, quo extremo tempo-

re,

re, diuinum officium de his recitari postulatur, & sanctorum numero reponi, & venerari. Sed hæc arcana sunt iudicia Dei, homini inscrutabilia. Communis namque quæstio est, & de multis aliis sanctis martyribus & confessoribus, quos Deus, longo ab eorum transitu, tempore mundo reuelauit, ita Deus corpora sanctorum Stephani protomartyris, Gamalielis & Nicodemi, nonnisi post quatuorcentum annos, quibus in loco humili & abiecto iacuerant, Luciano presbytero Ecclesiæ Caphargamaliensis, quo in illustriorem transferentur reuelauit. Corpora item sanctorum Geruasii & Protasii, quod occulta mansissent vsque ad tẽpora sancti Ambrosii, cui fuerunt diuina reuelatione ostensa, nihil subinde eorum, aut sanctitati, aut martyrii gloriæ detractũ, quod 300. annis ignota quieuissent. Vrsu-

la cũ vndecim mille virginibus non gentis annis,citra venerationem, & reuerentiam vllam iuxta muros Vrbis Colonienſis ſepultæ permanſerunt,vbi ab hominibus & beſtiis cal cabantur, quouſque placuit diuinæ prouidentiæ Heliſabethæ Moniali Benedictinę Cœnobii Schonaugiẽſis reuelare. Sancti martyres Placidus, Eutychius, Victorinus, & Flauia horum ſoror, cum aliis triginta monachis Benedictinis, quos crudeliſſime Mamucha,dux Abdagliæ Agarenorum Regis,iugulauit, & lãceis confodit. Si non fuiſſet veri martyres non eos mille annis Deus abdidiſſet, quouſque Meſſanæ in æde ſancti Ioannis Baptiſtæ pontificatu fuerunt Sixti V. detecti. Pariter dicere poſſent, ſanctum Vincentium magnum martyrem Valentiæ martyrium paſſum, non fuiſſe tantæ ſanctitatis, cum illum Deus

tot sæculis in deserta sylua, quá sentes, & rubi tegebant, occultum seruasset, donec à Lusitanis, repertum in Olyssipponam, magna cum gloria & honore translatum. Sancti Isidori Corpus Archiepiscopi Hispalensis multos annos Deus occuluit vsque ad tempora Alfonsi magni, quibus fuit, ex Hispali ad Legionem translatum. Crux Christi inter rudera sepulta delituit cuius loco Veneris simulachrum à Gentilibus adorandum propositum, donec Helena Augusta, Constantini maximi Imperatoris mater, Dei instinctu mota illam quæsiuit, & inuenit. Crux igitur Christi non vera fuit, quod tot annis ignota mansit? ita isti ducenti Monachi Benedictini, nihil aut sanctitatis, aut martyrii amittunt, quod Deus tot seculis, nō mouerit Monachos S. Petri à Cardegna, vt instantissime à sacrorum

congregatione rituum eorundẽ Canonizationem postularent, si enim folium arboris citra Dei nutũ haud mouetur, qualiter excitarentur ad tam anxie repetendum horum beatorum martyrum in terris gloriam? cum hoc speciatim Dei honorẽ cõcernat, qui laudatur & honoratur in sanctis suis. Si enim isti non essẽt Dei amici & vere martyres, neque corda hominum Deus propensiora nunc in eorũ cultum & obseruantiã faceret, neque id à sede Apostolica essent obtenturi, qui non solet fauere nisi vere piis, & qui pro eo martyrium subiere: in re adeo graui & tãti momenti, qualis est, aliquos pro sanctis coli, Deus nõ decipi sineret, & in errore Ecclesiam suam versari. Quæ autem miracula nunc cessauerint, quæ olim viguerunt, consilium Dei est, vt omni tẽpore in hoc theatro Ecclesiæ noua semper spectacula

la pietatis prodeant, in ſolatium, & robur fidelium: & dum vetera deſinunt, recentia denuo incipiant ad exercitationem eorundem fideliũ. Sumus præterea negligentiores & tepidiores ad præterita, proniores ad præſentia, & plus mouent & delectant, quæ intuemur noſtro ſæculo, quam quæ audimus contigiſſe aliena. Vitium commune eſt humanæ naturæ. Maiores noſtri olim Herminigildum Hiſpaniæ Principem & martyrem glorioſum diuinis honoribus dignati, ſenſim refriguit eiuſdem cultus, niſi denuo ſedes Apoſtolica ab hinc quinquennium eius memoriam renouaſſet, diciq; de eo diuinum officium 600. poſt eius tranſitum annis indixiſſet. Ita factum circa iſtos ducẽtos Martyres, olim de ijs officium diuinum fiebat, ſenſim prætermiſſum, donec Dei ordinatione ab aliquo in anti-

quum morem renouetur, & in pristinum restituatur gradum. Sed Vrges qui in canonem sanctorum referri postulantur, ad primas vel secundas preces aliquod nouum miraculum ædunt, istos ducentos martyres nullum comperimus ædidisse, videtur igitur eorũ martyriũ haud comprobari. In primis martyres nõ indigent miraculis ad canonizationem, satis est pro Christo sanguinẽ fudisse sicut Ioannes Baptista, qui nullum miraculũ fecit, & tamen vt martyrẽ agnoscit & colit Ecclesia: qui pro veritate occubuit. Quod si miraculũ exigatur, multa, & multis annis Deus ædidit ad eorum sepulchrum, & miraculũ assiduum est, eorum memoriã recẽtem in cordibus & piorũ mentibus hucusq; seruari, & nulla 722. annorũ intercapedine deleri. Neq; passus fuisset Deus titulo martyrum gaudere & potiri tãto

tem-

tempore eos qui non essent choro martyrū in cœlestibus collocati, & tolerasset hæc si præstigia, figmenta, & hominum illusiones fuissent.

De inscriptione muro claustri superne caracteribus Gallicis depicta vbi sepulti sunt isti ducenti martyres, poterit quis ambigere, non tam historiam referre, quam pietati & opinioni Vulgari accommodatam. Habet enim in illo claustro ducentos monachos martyres Christi fuisse sepultos. Sed quis credat illā inscriptionē, sicut & lapidis non fuisse maturo consilio & deliberatione prius habita, re bene perpensa, & examinata veritate, impositā? Neq; Deus tanto tempore integras & legibiles, eas solas littes conseruasset quæ martyrium horum ducētorum monachorum commemorant, ceteris maxima ex parte deletis, & quæ nulla diligētia adhibita legi potue

runt. Cum tamen eæ omnes ventis, & imbribus atque iniuriis cæli reliquis æque pateant, & expositæ sint neque vnquã renouatæ extiterint à Domino Ioanne à sancto Dominico Abbate, qui claustrum refecit, & circum tumulos martyrum illam descriptionem, Hispanica lingua, caracteribus tamen Gallicis, qui tunc in vsu erant iussit ad pingi. In Concilio namque Toletano tempore Alfonsi VI. Regis celebrato, præceptum vt deinceps, Gothicæ litteræ abrogarentur & sufficerentur loco earum Gallicæ. Præcesserat in Abbatia S. Petri à Cardegna hunc Ioannem, D. Petrus à Burgo qui à Ioanne II. Castellæ Rege Romam missus ad Eugenium Papam IIII. qui tunc Apostolicæ sedi præsidebat, vt istorum ducentorum martyrum aut canonizationem aut aggregationem postularet, & ad alia

nego-

negotia expedienda, quæ illi speciatim ab eodem Rege fuerant iniuncta. Impetrauit à Pontifice, vt Alfonsus à Carthagena Episcopus Burgensis rem examinaret, sicut & exacte fecit, credibile est Ioannem qui Petro Abbas successit innixum examini facto, & certiorem omniũ redditum, illam inscriptionem claustro circumposuisse, ignauia tamen Abbatis & monachorum, qui totũ studium ad fabricam Ecclesiæ conuerterunt, quæ eleemosynis constructa fuit ex Indulgentia ab Eugenio IIII. Papa concessa. Idemq; nunc contingere posset, si ratione habita dormitorij construendi, quod cœptum est, sanctum hoc propositum in Romana curia desereretur. In canonizationibus namque sanctorum tanta mora & consideratione proce ditur, vt videantur quandam æternitatem negotia concipere: diligen-

tia & ſollicitudine vix abſoluuntur adhibita, quid fiet ſi negligentius, & lentius pertractentur. Exemplo eſſe poterit canonizatio ſancti Didaci complutenſi, quam cum ſummis votis Philippus II. Hiſpaniarũ Rex procuraſſet, & ſumptus feciſſet non potuit ante XXV. annos illam obtinere. Tractatio item canonizationis B. Hyacinthi, diſcipuli S. Dominici, ducentis retro annis cæpta, procurante toto Regno Poloniæ, & Prædicatorum ordine, vix eſt ad cõcluſionem noſtro hoc tempore perducta, 8. Paſchæ dominica in Albis, 17. Aprilis huius anni 1594. celebrata. Quæ fuit impedimento quo minus progreſſum faceret canonizatio iſtorum CC. martyrum, congregatione ſanctorum rituum in qua vtraque tractabatur præpedita. Eſſent autem maximi momenti ad abſolutionem canonizationis iſtorum

du-

ducentorũ martyrum, quæ tunc fuerunt comprobationes factæ, si comprobationes factæ, si compare rent: & forsitam opera & studio adhibito & modico sumptu & labore impenso, inter libros vel schedas D. Diegui Hurtado à mendoza vel in Bibliotheca Regia S. Laurentij vel Madritica quæsitæ reperirentur: cũ ipse Philippum II. Hispaniarum Regem, moriens hęredem suæ bibliothecę ex testamento reliquerit. F. namq; Hieronymus Bermudez vir doctus & religiosus Ord. Pręd. qui hodie est superstes, vidisse se testatur in potestate eius super scrinium congesta istiusmodi scripta titulis adpositis, Cid, & Cardegna, vna cũ compendio gestorum illustrium, & miraculorum ipsius Cidi eo fine vt canonizationem cum istorum CC. martyrum, tum etiam ipsius Roderici Biuarij cognomento Cid, postu-

laret, cum orator Caroli V. Imp. ad Paulum IIII. Pontificem Romæ agere ret. Res ad portum fere peruenerat, & felix exitus ſperabatur, inclinante Papa. Cum repente, vrbs Senarum defecit, quam ipſe nomine imperatorio regebat: coactus Romam deſerere: & Senas accurrere, vt amiſſam ciuitatem in Cæſaris obſequiũ reduceret. Vota hinc concepta, ad finem optatum perduci nequiuerũt. Idcirco autem duas vetuſtiſſimas hiſtorias manuſcriptas de martyrio CC. monachorum Cęnobii S. Petri à Cardegna idem D. Diegus apud ſe habebat, quas F. Hieronymus Bermudez vidit & legit vna cũ examine facto nomine Sedis Apoſtolicæ per Alfonſum à Carthagena, Epiſcopum Burgẽſem de martyrio horum beatorum Monachorum. Quæ omnia in Archiuijs ſeu Scrinijs Pontificijs, quæſita fortaſſis reperi-

perirentur. Aiebat namque idem D. Diegus Ioannem Papã huius nominis XXII. inter quindecim mille quingentos quinquaginta nouem ſanctos qui intra ordinem S. Benedicti floruerunt, hos ducentos Martyres repoſuiſſe. Sed de his ſatis.

Extant etiam in clauſtro Cœnobij ſancti Petri à Cardegna picturis expreſſa martyria iſtorum ducentorum Monachorum, vbi Agareni cernuntur confodientes Monachos, & Monachi victimæ cadentes ſuo sãguine purpuratæ: vt quod inſcriptio è regione poſita loquitur, pictura muta confirmet. Sunt autem inſcriptio & pictura eodem tempore factæ, conſecratio autem Clauſtri conſtat ex ſignis conſuetis, & traditione communi & antiqua Monachorum, qui iſtud monaſterium incoluerunt: Cruces namq; certo modo depictæ inſignia con-

consecrationis existunt, non enim casu, sed consilio, in extremis Claustri impressæ, vt illã integram Claustri portionem, in qua iacent corpora Martyrum consecratam ostenderent. Si enim fortuito depictæ, cur potius in illa parte Claustri, quam in alia quauis? Traditione autem idem auditum & receptum, quod Monachi hodie viuentes à senioribus perceperunt, seniores à maioribus, maiores autem ab his qui eos præcesserunt, & ita de aure in aurem, de lingua in linguam, ad nostram vsque ætatem peruenit. illius namque sæculi homines incuriosi erant, neque ista scribenda censebant, contenti insigniis quæ id ipsum testabantur. Numquam autem, aut Ecclesia, aut altare consecratum, nisi in honorem & inuocationem alicuius Sancti: cuius reliquiæ ibi essent reconditæ. In cuius

De consec. dist. 1 cap. de Fabrica. & cap. placuit.

rei

rei confirmationem scribit sanctus Gregorius Papa ad Custodiũ Episcopum Ariminensem, vt quædam Ecclesia consecretur, dum modo in illa nullus sit mortuus sepultus. Ergo defunctus in Ecclesia sepulturæ traditus impedit consecrationem? impedit quidem, sed non martyr aut sanctus. Qui non solum non impediunt, sed locum ipsorum corporibus & reliquiis sacrant. Ecclesiæ & Altaria consecrari consuerunt, sed Claustrum absq; altari & reliquiis, præter istud nullum, cuius humus intincta, & irrigata sanguine Martyrum fuit, qui reliquiæ beatæ fuerunt, super quos consecratio legitimum obtinuit locum.

S. Gregorius epist. 9. ad custodium Episcopum Ariminensem.

Sed & alia obiectio occurrit nõ contemnenda Breuiarium, seu Annales antiqui Bibliothecæ Cœnobij, in quibus multi euentus diurni & annui describuntur, cum peruenit

nit ad iſtud tempus nihil aliud di-
cit, quam Azephã occidiſſe in iſto
Monaſterio ducentos Monachos,
qui ibi morabantur, nulla Martyrij
mentione facta. Sed hinc non recte
colligitur eos non fuiſſe Martyres,
ſatis enim hoc expreſſit, cum dixit,
Azepham Agarenum hoſtem Chri
ſtiani nominis, Caſtellam fidelium
terram vaſtaſſe, & euertiſſe mona-
ſterium ſancti Petri à Cardegna, du
centosq; ibi monachos cum Abba-
te Sanctio commorantes occidiſſe.
Negligentia præterea ſcriptoris fa
ctum, vt non martyrium adderetur,
ſic enim ferebant illa tempora. Vl-
terius namq; de martyrio Thomæ
Cantuarienſis monachi ſancti Be-
nedicti congregationis Ciſtercien-
ſis loquens: ait. Aera 1209. anno-
rum obiit S. Thomas Cantuarien-
ſis. obijt, inquit, quaſi morte natura
li in lecto occubuiſſet cum potius
ſcri-

ſcribendum, vulneribus à facinoroſis ſatellibus ob libertatem Eccleſiæ tuendam occiſum. Neq; inde inferri poteſt ergo non martyr occubuit. A tranſitu autem ſancti Thomæ vſq; ad Annalium iſtorum æditionem 156. anni ſolum præteriere. Vt igitur ſilentio hoc præterijt, & illud pariter inaduertenter ſiluit: quod vtrumq; manifeſtum & notū erat. Ex iſtis ducentis Monachis originem habuit, vt fons, qui ſcaturit ex Clauſtro, & influit in hortum Cœnobij, fons martyrum diceretur, ſicut illa pars clauſtri, vbi ſepulti, Clauſtrum Sanctorum olim, nūc martyrum appellato, & alia pars vbi Monachi ſepeliuntur clauſtrū fratrum, & altera hoſpitij quod huiuſmodi ſit officium coniuncta.

Ex his obiectionibus ita dilutis liquido conſtat, hos ducentos Mōnachos vere martyres dici, & eſſe

& quan-

& quando nullum aliud teſtimonium præter lapidem ſepulchro illorum impoſitum ſupereſſet, ſufficeret vtiq; ad rei ampliſſimum teſtimonium. Eſt enim veluti tacita quædam eorumdem canonizatio, & comprobatio martyrij vt illa ferebat ætas, quando ſimplicitas, non malitia regnabat. Simplex teſtimonium ſancti Antonij ſatis fuit, vt Eccleſia agnoſceret, & reciperet in numerum Sanctorum Paulum primum Eremitam, & non ſatis erunt ad celebrationem iſtorum beatorum ducentorum monachorum, tot & tanta teſtimonia, monumēta, ſcripta, hiſtoriæ, & homines clariſſimi, qui vna illorum ſanctitatē, & martyrium atteſtantur? Sed iam de teſtimonijs regijs, & quam firmitatē ad horum ducentorum Monachorum martyrium comprobandum habuerint non nihil dicamus.

De testimonijs regijs circa Martyrium ducentorum Monachorum.
Cap. XXIIII.


Iximus cap. 14. Ferdinandum III. Alfonsum X. eius filium, Henricos III. & IIII. Castellæ & Legionis Reges beneficos fuisse Cœnobio sancti Petri à Cardegna, Abbatiq; & Monachis fauisse, & donasse, tum ob memoriam ducentorum Monachorum martyrum ibidem sepultorum, de quorum miraculis fidem astruebant, præsertim de illo quod fiebat in ipso die martyrij viij. Kalend. Augusti, pauimẽto claustri sanguineo colore micante, in cuius rei fidem publica instrumenta, & priuilegia concesserunt, tum ob merita recolẽda clarissimorum virorum, qui ibidem olim fuerant

rant reconditi, Reges, Reginæ, & Comites. Quorum Garzias Ferdinandi, Comes Castellæ sexaginta annis, postquam fuerat ab Agarenis Cœnobium sancti Petri à Cardegna, dirutum vastatum & omnino desertum, restituit, instaurauit, atq; dotauit, anno videlicet nongẽtesiino trigesimosecũdo. Nam don Diegus Porcellus iubente Alfonso Rege cognomento magno anno octingentesimo nonagesimo nono, fabricæ nonnihil molitus, quam tamen non perfecit, nec memoria extat dotem aliquam Cęnobio reliquisse, aut Monachos vllos ibidem habitasse vt Henricus Quartus per suas litteras testatur, sicut Garcias Ferdinandi, qui legitimus fuit Cęnobij instaurator, refector, & donator. Quam autem habeant firmitatem testimonia regia, quæ suis priuilegijs inculcarunt circa istorum

du-

ducentorum Monachorum martyrium perpendamus. Non spectare ad principes sæculares de rebus fidei iudicare, neq; discretio miraculorum ad eos pertinere nulli orthodoxo dubium esse potest. Imperator namque, vt ait: Ambrosius, nihil iuris habet in diuina, Absit, vt vtrũque forum confundamus, misceamus cælestia terrenis Ecclesiasticas sæcularibus maneant cuiq; sua iura, & in messem alienam alter alterius haud immittat manus. Principes capita reipublicæ in Regnis suis primum obtineant locum, non vt Iudices Ecclesiastici, sed vt rectores temporalis, terrenæ & politicæ administrationis. Quorum potestas à domino Deo est, qui constituit illos duces & defensores Ecclesiæ, gladios in manibus strictos gestantes, aduersus eius impugnatores, & aduersarios. dissipat enim, ait Salomon,

Ambros. epistol. 33.

Prouerb. 20.

mon, impios Rex sapiens. Et ideo tenentur non concedere suis subditos libertatem credendi, sed dare sedulam operam vt ea fides inuiolata & sincera seruetur, quam Principes Ecclesiastici docuerint esse tenendam: nec permittere aliquid noui quod ad religionem spectet citra approbationem Prælatorum Ecclesiæ: immo curare amplius debēt, vt decreta ad correctionem morū promulgata, debitum consequantur effectum: quod sint ministri Dei ad curam & salutem hominum instituti. Hinc isti Catholici Reges Ferdinandus, Alfonsus, & vterque Henricus, sicut non deciderunt in priuilegiis suis, istos ducentos Monachos veros esse martyres, aut illud esse verum & legitimum miraculum, quia hoc iuris sui non erat, ita illos non prætermisse quod ad munus, & officium suum Regium

spe-

ſpectabat aſſerendum eſt: Neque ignauos & ſocordes fuiſſe circa cognitionem eorum, quæ apud ſe in proprio Regno agebãtur: aut à ſubditis ſuis in re adeo graui, & nota fuiſſe deceptos. Quin immo ea quæ referunt ſibi fuiſſe relata, veriſſima fuiſſe credenda. Neque Catholici Reges permiſiſſent, in ſubditis ſibi regionibus, aliquos vt martyres publice venerari, niſi legitima probatio per ordinarium & conuicinos Epiſcopos facta fuiſſet, & poſt bene diſcuſſam cauſam conſenſus illorũ acceſſiſſet: Hinc Regum horum teſtimonium, loco multorum teſtium, & vt fides quædam publica cenſendum eſt: & illorum priuilegia multum roboris & momenti tribuere veritati confirmandæ. Et licet in martyrum Canonizatione, vel probatione non ſint neceſſaria miracula ſicut in confeſſorum, ſed ſola cauſa

Auguſtinus de Ancona, de poteſtate Eccleſiaſt. q. 16. art. 3.

ſufficiat, quod pro Chriſto & fidei defenſione occubuerint, vt Ioannes Baptiſta, qui nullum miraculum fecit, & tamen eum vt verum Martyrem agnoſcit & colit Eccleſia Catholica: cuius argumentum etiam eſt in officiis martyrum, paruam aut nullam inculcari memoriam de miraculis, ſed de conſtantia martyrii, & fortitudine illud ſubeundi: in officiis autem Confeſſorum, Hymni, Reſponſoria & cetera frequenter in miraculis verſantur. Quia tamen iſtorum ducentorum Martyrum memoria, partim vetuſtate temporũ, partim negligentia ſcriptorũ refriguerat voluit Deus ſuo teſtimonio, & ſigno cælitus immiſſo, multis annis ſignanter roborare, vt nullus ambigendi locus ſupereſſet, & pias fidelium mentes in honorem, & fidem ipſorum Martyrum excitaret. Vult autem Deus à ſuo Vicario ſi-

gna & miracula quæ ipse facit, examinari & probari, & integrum robur accipere. Solus namq; Papa potest in canonem aliquos referre, & nemo illo inferior, & ille coli potest pro Sancto publice, quem veneratur Ecclesia Romana, quem approbat eadem approbandus, quem reprobat, reprobandus est. Idem fit de miraculis in ordine ad Canonizationem, quia illa, & sola quæ à sede Apostolica, examinantur, & probantur firmitatem & robur accipiunt. Et licet priuatim preces effundere, & vota concipere ad aliquem, quem sanctum existimamus, vt pro nobis intercedat, fas sit, eundem tamen publice venerari, aut diuinum de eo officium celebrare antequam per sedem Apostolicã, in numerum sit cælitum relatus, nefas & piaculum est. Corpora prætetea aut reliquias Sanctorum, de-

nuo inuētas, publice venerari incō-sulto, & nondum approbante Papa, scelus est. Cuilibet tamen priuatim liberum est illam aut illas, quod Sancti existimet alicuius esse, colere, & honorem illis impendere, qui beatis deferri solet; & preces porrigere, atque vota sua sanctis illis, quorum corpora aut reliquiæ esse dicuntur, dirigere. Summatim absque permissu Papæ, nec quemquā pro Sancto habendum, ne publicas preces in Ecclesia ad eum effundi, nec publice coli, Litaniis inseri, miraculave probari, aut corpora, aut reliquias in veneratione Sanctorū haberi haud licet, saltē ante Alexādri PP. III. sæcula, & quidē, ante Alexādri III. PP. tēpora, permissū vt iudicio, & examine Episcoporū, & Primatis in suis prouinciis, re bene & diligēter perpensa, Martyres catalogo Sāctorū insererētur, non qui-

dem-

dem solẽniter & vniuersaliter, sed tantũ in illis prouinciis, in quibus martyriũ passi: vbi officiũ diuinũ in honorẽ eorũ fiebat, Litaniis & Martyrologiis Sanctorũ inserebantur, eorum sepulchra, & reliquiæ in veneratione habebantur, publice inuocabantur, eorum imagines, diadematis coronabantur: & demum gaudebant honoribus tantum patriis, quibus in toto potiuntur orbe Christiano solemniter canonizati. Et maior pars martyrum in Hispania & ceteris prouinciis, Metropolitani & Episcoporum sententia, populi vnanimi consensu, miraculorum operatione intra Sanctorum numerum ascribebãtur. Non dum enim Canonizatio solemnis tunc inducta erat, postea ad fraudes præcauendas quæ subesse poterant, maiori diligentia Pontifices Romani vsi in re tanti ponderis ac momen-

ti: cum ſit vna de maioribus cauſis, quæ ad ſedem Apoſtolicam deferuntur. & inter Chriſtianos proponi poſſint: & veluti negotium arduũ maturo conſilio, & deliberatione, ac artificis ſtatera, nõ populari trutina examinandum, recte & religioſe ſanctiſſimi Romani Pontifices, ita faciendum deinceps ſtatuerũt. Conſtat autem beatos hos Monachos ducentos inquam martyres Cœnobij ſancti Petri à Cardegna multis annis, trecentis inquam Pontificatum Alexandri Tertij præciſſe, quando non erat cautum, Epiſcopos & Primatẽ poſſe in ſuis prouinciis Martyres, Sanctorum numero aggregare ſicut tunc fiebat: & ideo de Præſulum Hiſpanicæ Eccleſiæ conſilio & deliberatione, in Martyrum Catalogo, quod ad Hiſpaniæ prouinciam attineret hos deſcribi potuiſſe conſtat. Cuius rei

ſignum

ſignum officium diuinum in ipſorum honorem, in multis Hiſpaniæ Eccleſijs olim recitatum, & cultui beatorum Martyrum venerationē adhibitam.

Quod ius antiquum repetatur circa iſtos beatos Martyres.
Cap. XXV.



Vm ita ſe res habeāt, iſtorum beatorum Martyrum non tam nouum ius inquirimus, quam Vetus repetimus, ac poſtulamus. Si enim tercentis annis ante Alexandrum Tertium martyrium ſubierunt, & Iudicio, & ſuffragio Epiſcoporum Hiſpaniæ, Martyrum numero aggregati, vt tunc licebat, & de aliis martyribus conſuetum erat, videtur ius tunc vendicaſſe ſuum, & non aliud, quam poſſeſſio-

nem

nem antiquam exposcere, & in eadem conseruari, & protegi, quam 722. annis in pace obtinuerunt. Nec videtur verisimile aliquas Ecclesias per Hispaniam constitutas officium diuinum de istis Martyribus celebrasse, suo Martyrologio inseruisse, nisi id Præsules Hispanię ad quos spectabat maturo consilio, & deliberatione habita decreuissent. Ambrosius namq; Moralius, multos codices sacrarum precum, quos breuiaria vocant inuenisse asserit, in quorum Martyrologio isti ducenti Monachi descripti, cuius inscriptio, Sanctij, & sociorum eius martyrum, & officium eorum assignatum. Quos in Bibliotheca Regia sancti Laurentij deprehendere erit, quo fuerunt translati, & inter innumeros prope libros repositi. Cum enim Pius Quintus sanctissimus Pontifex iuxta decretum Con-

cilij Tridentini nouum precum sacrarum, Breuiarium per totum orbem Christianum indixisset, Veteribus abrogatis, factum vt multa istiusmodi, quæ memorias sanctorum Hispaniæ continerent, regia diligentia, in vnum essent locum collecta & ibidem asseruata, vt Ambrosius Moralius se vidisse testatur. Sed Vrges: vbi istud decretum Episcoporum, & Metropolitani, in Catalogum martyrum, istos ducentos Monachos, referentium, interciderunt; temporum vetustas aboleuit, sicut & comprobatio tot aliorum Martyrum, qui pro fidei confessione in Hispania occubuerunt. Inter tot namque procellas & tumultus bellorum, inter tot direptiones, & vastationes; inter tot incendia, miraculi loco habendum aliquod monumentum vetustum superfuisse, & peruenisse ad posteritatem hodie

viuentium. Ex effectibus autem cognoſcimus illud aliquando factum; alias officium diuinum de vllo Martyrum, aut Sanctorum, non publice celebraretur, non enim priuata auctoritate, ſed publica fuiſſet Eccleſiaſtica inductum, conſtat igitur ius ſuum antiquum, beatos hos Martyres repetere, non alienũ velle vendicare. Sed ad alia demonſtranda veniamus.

Decretum Concilij Tridentini iuri horum Martyrum non aduerſari.
Cap. XVI.

DEcretum Concilij Tridẽtini ſeſſione 25. de Veneratione & reliquijs ſanctorum, non ſolũ non aduerſatur, ſed ſuffragatur etiam iuri iſtorum beatorum martyrum: quod ſic habet. Nulla admittenda eſſe

no


noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, nisi recognoscente, & approbãte Episcopo, qui simulatq; de ijs aliquid compertum habuerit adhibitis in Consilium Theologis, & alijs pijs viris, ea faciat, quæ veritati & pietati consentanea iudicauerit. Hucusq; Tridentini Concilij decretum. Nulla in causa ducentorum martyrum noua miracula inculcamus. Vetusta satis ea sunt annos 700. superantia. Non nouas reliquias, sed corpora ducentorum martyrum monachorum in Cœnobio S. Petri à Cardegna iacentia proponimus, ducentos monachos multis retro sæculis ab Episcopis probatos, Consilio piorum virorum adhibito, in catalogo martyrum repositos, & cultu sanctorum veneratos. Consulitur sedes Apostolica, ad sanctorum rituum congregationem accurritur, ob reuerentiã, ob-

ser-

seruantiam, quæ Apostolicę sedi du citur deferenda: citra cuius gratiã & beneplacitum, ac nouum assensum nihil recipere postulantes tentant, & iuri, si quod olim habuerunt libentissime cedunt, & nouum quærunt à sua Beatitudine impetrare, & ab hac sacrorum rituum congregatione precibus interiectis instantissime expostulant: quod multi à sede Apostolica per diuersa tempora benignissime assequuti. Nihil enim ratum aut firmum, quod non fuerit ab eodẽ sede approbatum agnoscitur.

* *
*

De multis SS. congregationi per diuersa tempora aggregatis.
Cap. XXVII.



Ntequam canonizatio solemnis fuisset inducta, catalogo sanctorum inserebantur multi martyres & cõfessores per Episcopos examine facto, & Metropolitani approbatione accedente. Quibus tacitus consensus Romani Pontificis videbatur his actis astipulari. postquam autem districtius ista facienda sedes Apostolica statuit, maioriq; põdere & grauitate tentanda, nullus, honoribus, sanctis deferri solitis, potiri potest; quin eiusdem sedis fuerit indulgentia expressa approbatus.

Cum autẽ Auctoritas Pontificia

non

non faceat aliquem ſanctum, ſed declaret, & populo Chriſtiano colendum & venerandum proponat; multifariam id contigit. Aut enim aliquis catalogo martyrum, confeſſorum, aut Virginum ſolemniter reponitur, & toti orbi Chriſtiano adorãdus dulia iniungitur, Martyrologio & Litanijs inſeritur, & tunc canonizatio ſolemnis, quæ multis fit circũſtantijs, multum temporis & ſumptum requirit. Qualis fuit S. Petri martyris, S. Dominici, & Franciſci, S. Thomæ, & Bonauenturæ, & noſtra ætate S. Didaci, & Hyacinthi. Alia eſt minus ſolemnis, qua aliquis non toti orbi Chriſtiano, ſed Prouinciæ in qua vixit, & miracula fecit, vel vrbi in qua natus, ſpeciatim cultu ſanctorum honorandus proponitur. Et hæc aggregatio, vel canonizatio prouincialis dici poteſt

reſt, quæ congregationis ſacrorum rituum à ſanctiſſimo inſtitutæ examinanda commiſſa. Ita indultum, vt de Alberto Magno miraculorũ multorum patratore ſacra preces in Germania haberentur, vt in Hiſpania Petri Gonzali, cognométo Santelmi: quod inuocatus in tempeſtatibus ſœpiſſime adeſſet, & viſus propitius nauigantibus fuiſſet, vna cum ſidere fauſto Caſtoris & Pollucis: Pius IIII. Pont. Max. vt de eo officium diuinum recitaretur, & ſacella & altaria, in honorem eius publicæ erigi poſſent conceſſit. Sicut Leo X. toti ordini Carthuſienſium, memoriam Brunonis eius fundatoris, cultu ſanctorum exhibendam ſtatuit. In hunc ferme modum multis beatis, ob miraculorum frequentiam indulſit Apoſtolicam ſedes, vt preces ſacræ de illis recitarentur, & titulo ſanctorũ recolerentur. Sunt & quos

tacitus Apostolicæ sedis consensus probauit, vt sunt multi martyres & confessores, quos olim Metropolitani cum suffraganeis Episcopis, applaudente populo, & postulante in numerum sanctorum receperunt. Quales sunt pleriq; in Hispania ante Pontificatum Alexandri III. Papæ martyres cordubenses quorum vitas S. Eulogius & ipse Martyr scripsit: & non pauci qui sub Diocletiani & Maximiniani persequutione occubuere: & multi alij Pontifices & confessores, vt Eugenius, Hildefonsus, Leander, & Isidorus. Hos autem magnos martyres & confessores tacito consensu, & plausu non solum Ecclesia Hispanica, verum & Romana probauit: vt quę nulli illorum aduersata, nullum vmquā obicem interierit, quo minus inter sanctos numerandi sint & colendi. Ita & in Italia, alijsq; orbis Prouincijs

acci

accidit. Sunt & alij, quorum cultum, & impensos sanctorum honores non tam probauit Apostolica sedes, quam permisit, & tolerauit. Ex tolerantia namq; Romanæ Ecclesiæ Carolus magnus Imperator publice colitur, & honoratur pro sancto in templo sanctæ Dei Genitricis Aquis grani, vbi sepultus, & nō in alijs Ecclesijs, vt Hostiensis & Ioannes Andreas referunt. Et B. Rochus Monspesulanus qui multas Italiæ Vrbes à morbo epidimiæ signo crucis liberauit, & obijt anno 1327. & 1514. Patribus Concilii Constantiensis innotuit, quorum decreto ad propulsandam ingruentem luem, ei dem honores, sanctis debiti sunt impensi, quo & solemni Pompa, eius imaginem, omni comitante populo per Vrbem detulerunt, quo facto illa pestis mox euanuit. Inde vero exemplum sumptum est, vt vbique

Hosti. & Ioi And in c. 1. de reliq. & vener. Sanctor.

locorum eius venerandæ imagines altaria, ſacella, ac deniq; tẽpla erecta fuerint. Romæ templũ extat eius nomini dicatum ad ripam Tiberis, vbi magna obſeruantia colitur die 16. Auguſti, populo Romano eius natalitia faciente & tamen non eſt canonizatus ſolemniter, neque ſpeciatim, alicui Prouinciæ gratia in numerum ſanctorum relatus, ſed ex permiſſione & tolerantia Pontificis id factum Chriſtiana plebe vniuerſim in hanc pietatem inclinante.

Vniuerſos igitur, qui in numerũ ſanctorum aliquando fuere adſcripti, aut Romana ſedes expreſſe, aut tacite probauit, aut ſaltem iuſtis de cauſis tolerauit. Hi autem ducenti monachi ſancti Petri à Cardegna, cenſentur de numero martyrum eſſe, quos Eccleſia Hiſpanica aliquando recepit. Nam alias

quo-

quomodo de ijs, publicæ preces fierent in multis Hispaniæ Ecclesiis, & honor ac cultus eisdem sanctorum exhiberetur, & in Kalendarijs sacrorum codicum reponerentur, sub titulo Sãctii & sociorum eius martyrũ. Quod se vidisse, Ambrosius Moralius Chronistes regius per litteras testatus est, dum varia Breuiaria Iussu Philippi secundi Catholici Hispaniarum Regis, in bibliotheca sancti Laurentii reponẽda in pium aliquem finem vndique conquisisset. Auctoritate autem priuata id Ecclesias Hispaniæ ausisse, & tentasse, alienum à ratione est. Intercessit ergo Auctoritas publica Hispaniæ Præsulum, qui hoc iustis de causis statuerunt, cum notior res esset, & miracula crebriora, ad id decernendum, & in catalogum martyrum, reponendum, adigerunt.

Si igitur barbari Agareni, ſanguinis Chriſtiani effundendi auidi, oues gregis Chriſti, vt lupi immanes inuaſerunt, & beati iſti ducenti monachi, nihil repugnarunt, pro Domino Victimas ſponte ſe tradiderunt, Chriſti fidem vitæ præferētes. Si lapis antiquus inſcriptus in ſepulchro eorum, qui procerto, & indubitato teſtimonio, & publico inſtrumento habetur, idem atteſtatur.

Si Angli vt martyrem venerantur. Sanctum Elphegum Epiſcopum, cum non fidei confeſſionis cauſa, vel teſtandæ veritatis, ſed tantum caſus ſit, eo quod barbari, aurum quod poſcebant, apud ipſum non inueniſſent. Et Lanfrancus Epiſcopus de hac re ſollicitus, & dubius, Sanctum Anſelmum conſuluerit, qui reſponderit ſe firma ratione nouiſſe Elphegum eſſe martyrem

rem, eo quod pro Iuſtitia occubuiſſet. Cur iſtos qui pro fidei confeſſione ab infidelibus occiſſos, nõ glorioſos martyres prædicabimus? Neque enim fideles lapidem in huius rei monumentum inſcriberent, niſi martyres iudicaſſent.

Si diuinum miraculum, quod quotannis ipſo die martyrii ad eorum ſepulchrum fiebat, vt ſanguine clauſtrum tingeretur, & alia miracula contingerent, teſtimonium reddente Deo pro ſuis martyribus vnde clariora indicia eorum ſanctitatis ſumemus?

Si antiqua & communis traditio, quæ poſt ſcripturas ſacras, decreta conciliorum, & Pontificum præcipuam in rebus Eccleſiaſticis auctoritatem habet, per manus & linguas ad nos vſque transfuſa, locum præcipuum non ſibi vendicat, & aſſentiri cogit, quid ſpei

erit, vt reliquis arrogant fidem?

Si cultus auctoritate publica Sanctis adhiberi solitus, istis monachis beatis, in Hispaniæ Ecclesiis impensus: diuinum officium in eorum natalitiis recitatum, non permouet: quid aliud quæso exigitur quo minus eos vt sanctos martyres veneremus?

Si Chronicis in canonizatione sanctorum, & inscriptionibus antiquis, in æs, vel marmor incisis arrogandam fidem Bartholus, & Franciscus à Pauia, & multæ glossæ vtriusque iuris tradiderunt, cur non chronicis generalibus Regia auctoritate collectis, quæ miracula, & martyrium horum ducentorum monachorum scribunt non maiorum adhibebimus fidem?

Bar. in l. 1. ff. si cert. pet. Franc. de Pauia q. penult. relat. S. Bonauent.

Si monumenta, inscriptiones, picturæ in claustro, & multa alia indicia idem manifestant. Si priuile-


uilegia Regia, quæ illorum martyrium, & miracula publica attestatione confirmant. Si testes omni exceptione maiores ex fama, & traditione, à maioribus per manus & linguas accepta, hoc idem iusiurando deponunt, non est cur isti ducenti, beati monachi deterioris conditionis ceteris existant, quominus ab illustrissimis Cardinalibus congregationis sacrorum rituum in sanctorum martyrum cætum referantur.

Imprimatur.


M. Ant. Vicesgecens.

Imprimatur.

F. P. Io. Saragoza Magistri & socius R. P. M. Sacri Palatij.



INDEX CAPITVLORVM IN HOC OPERE CONTENTORVM.



De

S. Pe-

cen-

FINIS.

Si igitur barbari Agareni, sanguinis Christiani effundendi auidi, oues gregis Christi, vt lupi immanes inuaserunt, & beati isti ducenti monachi, nihil repugnarunt, pro Domino Victimas sponte se tradiderunt, Christi fidem vitæ præferētes. Si lapis antiquus inscriptus in sepulchro eorum, qui procerto, & indubitato testimonio, & publico instrumento habetur, idem attestatur.

Si Angli vt martyrem venerantur. Sanctum Elphegum Episcopum, cum non fidei confessionis causa, vel testandæ veritatis, sed tantum casus sit, eo quod barbari, aurum quod poscebant, apud ipsum non inuenissent. Et Lanfrancus Episcopus de hac re sollicitus, & dubius, Sanctum Anselmum consuluerit, qui responderit se firma ratione nouisse Elphegum esse marty

rem

rem, eo quod pro Iuſtitia occubuiſſet. Cur iſtos qui pro fidei confeſſione ab infidelibus occiſſos, nō glorioſos martyres prædicabimus? Neque enim fideles lapidem in huius rei monumentum inſcriberent, niſi martyres iudicaſſent.

Si diuinum miraculum, quod quotannis ipſo die martyrii ad eorum ſepulchrum fiebat, vt ſanguine clauſtrum tingeretur, & alia miracula contingerent, teſtimonium reddente Deo pro ſuis martyribus vnde clariora indicia eorum ſanctitatis ſumemus?

Si antiqua & communis traditio, quæ poſt ſcripturas ſacras, decreta conciliorum, & Pontificum præcipuam in rebus Eccleſiaſticis auctoritatem habet, per manus & linguas ad nos vſque transfuſa, locum præcipuum non ſibi vendicat, & aſſentiri cogit, quid ſpei

erit, vt reliquis arrogant fidem?

Si cultus auctoritate publica Sanctis adhiberi ſolitus, iſtis monachis beatis, in Hiſpaniæ Eccleſiis impenſus: diuinum officium in eorum natalitiis recitatum, non permouet: quid aliud quæſo exigitur quo minus eos vt ſanctos martyres veneremus?

Si Chronicis in canonizatione ſanctorum, & inſcriptionibus antiquis, in æs, vel marmor inciſis arrogandam fidem Bartholus, & Franciſcus à Pauia, & multæ gloſſæ vtriuſque iuris tradiderunt, cur non chronicis generalibus Regia auctoritate collectis, quæ miracula, & martyrium horum ducentorum monachorum ſcribunt non maiorum adhibebimus fidem?

Bar. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Franc. de Pauia q. penult. relat. S. Bonauent.

Si monumenta, inſcriptiones, picturæ in clauſtro, & multa alia indicia idem manifeſtant. Si priuile-


uilegia Regia, quæ illorum martyrium, & miracula publica atteſtatione confirmant. Si teſtes omni exceptione maiores ex fama, & traditione, à maioribus per manus & linguas accepta, hoc idem iuſiurando deponunt, non eſt cur iſti ducenti, beati monachi deterioris conditionis ceteris exiſtant, quominus ab illuſtriſſimis Cardinalibus congregationis ſacrorum rituum in ſanctorum martyrum cætum referantur.

Imprimatur.


M. Ant. Viceſgecens.

Imprimatur.

F. P. Io. Saragoza Magiſtri & ſocius R. P. M. Sacri Palatij.



INDEX CAPITVLORVM IN HOC OPERE CONTENTORVM.



De

S. Pe-

cen-

FINIS.